ANTHOLOGIAE PLANUDEAE


APPENDIX BARBERINO-VATICANA.

RECENSUIT

LEO STERNBACH.



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXC.



1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

ANTHOLOGIAE PLANUDEAE

APPENDIX BARBERINO-VATICANA.

RECENSUIT

LEO STERNBACH.






LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXC.



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.
Printed in Germany

QUOI DONO LEPIDUM NOVOM LIBELLUM?
HARTELI, TIBI: NAMQUE TU SOLEBAS
MEAS ESSE ALIQUID PUTARE NUGAS.

Praefatio.

Quae nunc editur epigrammatum Graecorum corolla eo potissimum nomine notabilis est, quod neque ex Anthologiae codice Palatino neque ex recensione Planudea pendet. Varii argumenti opusculis eandem admiscet codex V = Vaticanus Gr. n. 240 (chartaceus in folio, saec. XVI), Anthologiae Planudeae adnectit codex M = Barberinus Gr. I 123 (bombycinus in quarto, saec. XIV et XVI), unde totam syllogen eo consilio compositam esse discimus, ut carmina erotica a Planude omissa memoriae proderentur. Nec tamen ratio illa stabilis ac firma fuit, siquidem etiam nonnulla Anthologiae Planudeae epigrammata se insinuarunt.

De pristino conlectionis nostrae fonte nihil comperti habemus, coniecturam vero in aleam dare audeo. Fulvius Ursinus recensionis Planudeae codicem nactus libri septimi argumento, quo Planudes id se egisse testatur, ut obscenissima quaeque carmina resecaret, notam adscripsit: *ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῷ εἰσι παρ' Ἀγγέλου τοῦ Κολλωτίου* cf. Harlesius ad Fabricii Biblioth. Gr. vol. IV p. 430. Eiusdem Ursini manu in codice Barberino exarata est erotica corporis Planudei appendix*); quid igitur obstat, quominus syllogen ipsam ex libro Colotiano fluxisse statuamus?

Colotii autem codex utrum plane perierit an in angulo aliquo delitescat indicare nequeo. Eundem anno 1527, quo bybliotheca Colotiana gravissimam iacturam fecit**), incolumem remansisse

*) Quae res fugit Petrum de Nolhac, qui Ursini vitam et studia nuper egregio libro inlustravit: La Bibliothèque de Fulvio Orsini. Contributions à l'histoire des collections d'Italie et à l'étude de la Renaissance. Paris 1887 (= Bibliothèque de l'école des hautes études publiée sous les auspices du ministère de l'instruction publique. Sciences philologiques et historiques. Soixante-quatorzième fascicule).

**) Cf. Nolhac o. l. p. 79 sq.: elle est du nombre de celles qui furent pillées pendant le sac de Rome de 1537 (immo 1527), où périrent tant de trésors littéraires. Les imprimés et les manuscrits de Colocci furent déchirés, jetés dans la boue, employés par les soldats aux plus vils usages, sous les yeux même de leur propriétaire.

pro certo adfirmare possum: etenim Ursinus anno demum 1529 in vitam est editus. — Posteriora libri fata in tenebris iacent, sed quantum ego coniectura augurari possum post Colotii mortem anno 1549 Ursinus videtur in eius possessionem venisse cf. Nolhac o. l. p. 80: Après sa mort, Orsini recueillit pieusement les débris de cette bibliothèque mutilée, en souvenir du vieillard qui avait encouragé ses premiers travaux.

Iam vero praeter spem contingit, ut damnum, quod litterae codice Colotiano amisso contraxerunt, quodammodo pensari possit. Confido enim fore, ut aliquando a me Marci Musuri codex Anthologicus e particulis errabundis, quae in bybliothecarum latebris occultantur, redintegretur; quam quidem epigrammatum syllogen cum conlectione Colotiana arcto adfinitatis vinculo coniunctam fuisse verisimillimum est, si lectionis varietatem consideramus ex duobus integri libri truncis ad n. XII XXII LIV excussam. Trunci autem dicuntur codex Vaticanus Gr. 1416, qui inde a f. 236^{r} usque ad f. 270^{v} Fulvii Ursini collectanea continet, inscripta: *ἐκ τῶν Μουσούρου καὶ ἄλλων εἰς τὴν τῶν ἐπιγραμμάτων ἀνθολογίαν* *), et codex Vaticanus Gr. 1169 (chartac. s. XVI), qui f. 67^{v}—91^{r} gemella excerpta offert. — Ceterum ex utroque libro alia quaedam protraxi p. 11.* 22. 23. 24. 99.

In epigrammatis sylloges Barberino-Vaticanae recensendis inprimis codice V innitendum esse duxi. M enim deterioris notae est liber, utpote qui n. XV ex interpolatione adponat, n. XXXVI versu sexto careat, n. XXXIX 2 sq. et 11 sq. haud pauca verba ita extrudat, ut disticha in singulos versiculos contrahantur, deinde voces a V suppeditatas omittat n. XXI 1 XXIII 1 XL 1. 5, tum versuum seriem falso digerat n. XXII 7 sq. XXIII XXX 1 sq., postremo pravas lectiones offerat n. III 2. 3 V 3. 5 VI 3. 6 VII 7 VIII 3. 4 X 1. 2. 5 XIII (3.) 4. 8. 9 XIV 3 XVI 6 XIX 3. 4 XXI 3 XXIV 5. 13 XXV 1. 3. 5 XXVI 1. 2. 7. 8 XXVII 1. 7. 9 XXVIII 3 XXXI 2 XXXII 2. 3. 4 XXXIV 1 XXXV 2 XXXVI 1 XXXVII 1. 5. 6 XXXVIII 3. 5 XXXIX 1. 4. 6. 7. 10. 11 XL 2 XLI 3. 5. 6 XLII 7. 10. 11. 14. 18. 19 XLIV 1. 2 XLV 1 XLVII 3. 5. 7. 8 XLVIII 1. 5. 8 LI 2. 4 LIV 2. Nec tamen V unus atque solus est codex, qui ad genuinum appendicis nostrae textum recuperandum momentum adfert, siquidem n. II 4 et XLVII 10 aliena

---

*) F. 269^{r} Ursinus adscripsit: '148. Emendationi del Musuro sopra alcuni epigrammi greci in 4' ubi numeri nota 148 ad inventarium spectat cf. Nolhac p. 349.

vocabula inculcat, n. XII plane omittit, n. IV lemmate caret, n. XXV ultimum distichon in unum versum coartat, n. XX 5 XXXVII 2. 3 XL 1 L 2 singulis verbis eiectis versus non integros praebet, n. I 1 VII 4. 5 X 4 XIII 9 XXIII 1 XXV 5 XXVII 2 XXVIII 5 XXIX 1 XXX 1 XXXVIII 5 deteriorem scripturae varietatem exhibet, denique f. 68r et 68v corollae nostrae septem epigrammata praemittit, quae ad communem appendicis Barberino-Vaticanae archetypum non pertinere vel inde elucet, quod sine ulla exceptione omnia in recensione Planudea recurrunt: App. Pl. XVI 236—239 et 241—243.

Ceterum in utroque codice haec est paginarum ratio:

M.			V.		
p. 599	inc.	n. I	f. 68r	inc.	App. Pl. XVI 236
600	„	V 6	68v	„	„ 241, 4
601	„	IX 3	69r	„	n. II 4
602	„	XIII 4	69v	„	VII 2
603	„	XIX 1	70r	„	XI 2
604	„	XXIV 1	70v	„	XVI 6 (2)
605	„	XXVI 1	71r	„	XXII 7 (1)
606	„	XXVIII 4	71v	„	XXVI 2
607	„	XXXIV 2	72r	„	XXIX 1
608	„	XXXVIII 5	72v	„	XXXIV 2
609	„	XLI 7	73r	„	XXXVIII 5
610	„	XLII 22	73v	„	XLI 4
611	„	XLVII 4	74r	„	XLII 23
612	„	LI 1	74v	„	XLIII 1
			75r	„	XIV_2 2.*) —

Anthologiae Palatinae (A. P.) textum codex Palatinus n. 23 (P) suggerit, quem ipse olim Heidelbergae contuli. Nunc vero haudquaquam omnia in medium protuli, quaecumque in schedis adnotata habeo. Neque enim operae pretium fuit distinguendi notas siglasque, quas vocant, finales a librariis (A et B), lemmatista (L), correctore (C) exaratas in adparatum criticum constipare, neque variantibus lectionibus illos locos adnumerare placuit, quibus C accentus, spiritus, apostrophos, litteras ac litterarum partes atramento suo induxit. Accentus acuti signo: (/ quod in parte ab A scripta [p. 1—452 (A. P. I 1 — IX 563) et p. 643—706] saepius

*) Ex hac pagina f. 77r repetuntur: n. XIV_2 2 sqq., LI 1—3, quae ad sylloges compositionem cognoscendam nihil valent.

recurrit, a C accentum volgatum substitui vel opponi ad n. XVI 2. 3 XXIV 17 XXVII 1 XXXVII 2 XXXVIII 2. 5 XLVII 1 indicavi, sed eandem notam n. XVI 2 (*στόματι*), XIX 3 (*σχύσις*), XLI 8 (*ὀλέσηι*), XLIX 2 (*κόνφως*) sine ulla varietate legi silentio dissimulare malui. Compendiosam denique codicis Palatini scripturam in lemmatis quidem fideliter exprimendam curavi, contra in epigrammatum contextu vocis *πατρὸς* compendium semel (n. LIV 1), duodecies (n. II 4 III 1. 4 V 3. 6 VI 6 XI 1. 3 XXIX 3 XXX 1 bis XXXV 2) tachygraphicam particulae *καὶ* notam bono consilio praetermisi.

Anthologiam Planudeam (Pl.) quotiescumque memoro, Planudis autographo innitor, quod in bybliotheca Marciana (n. 481 Zan.) adservatur. Qui liber non solum lectionis varietatem notabilem praebet, verum etiam pristinum recensionis Planudeae habitum retegit, cuius nec vola nec vestigium in volgatis codicibus et editionibus adparet. In autographo enim Anthologiam in septem libros divisam (f. 2[r]—76[r]) excipit f. 81[v]—100[r] epigrammatum corolla quattuor libris constans, quae quidem litterarum ordine in capita ita disponitur, ut operis praegressi libris I—IV respondeat, ex alio tamen fonte est hausta; in ceteris vero codicibus illa compositionis ratio plane oblitterata est, siquidem autographi appendix cum libris I—IV sylloges amplioris in unum corpus coaluit. Quae cum ita sint, iam patet, quorsum signa: a)—b) pertineant, recensionis Planudeae libris I—IV a nobis adscripta. Ceterum hoc loco argumenta proponere placet, quibus codex Marcianus et Anthologiae Planudeae editio princeps singulos libros inlustrant:*)

autographum:	editio princeps:
Ia. *Ἀνθολογία διαφόρων ἐπιγραμμάτων ἀρχαίοις συντεθειμένων σοφοῖς ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσιν, ἑρμηνείαν ἐχόντων ἐπίδειξιν καὶ πραγμάτων ἢ γενομένων ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν· περιέχεται μέντοι ἐν τούτῳ τῷ* (Cod. *τῶ*) *τμήματι κεφάλαια τάδε· εἰς ἀγῶνας· εἰς ἀναθήματα· εἰς ἀναπήρους· εἰς ἀνδρείους· ἀνταπόδοσιν· ἀπειλήν· ἀρετήν· ἀσεβεῖς· ἀσώτους· αὐλητάς· αὐτάρκειαν· βίον ἀνθρώπινον· βρέφη·*	I. *Ἀνθολογία διαφόρων ἐπιγραμμάτων, ἀρχαίοις συντεθειμένων σοφοῖς, ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσιν, ἑρμηνείας ἐχόντων ἐπίδειξιν καὶ πραγμάτων ἢ γενομένων ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν. Διηρημένου δ' εἰς ἑπτὰ τμήματα τοῦ βιβλίου καὶ τούτων εἰς κεφάλαια κατὰ στοιχεῖον διεκτεθειμένων τάδε περιέχει τὸ*

*) Pravos accentus pravasque interpungendi notas saepius tacite correxi.

γάμον· γῆρας· γραμματικούς· δένδρα· δικαιοσύνην· δίκην· δυςτυχίαν· ἔλεον· ἐλπίδας· ἐπαίνους· ἔρωτα· εὐσέβειαν· εὐτυχίαν· εὐχαριστίαν (Cod. ἀχαριστίαν)· εὐχήν· ἐχθρούς· ζῶα· ζωήν· ἠχώ· θάλασσαν· θάνατον· θεούς· ἰατρούς· ἰχθύας· κάλλος· κόλακας· κριτάς· λογογραφίαν· μαινομένους· μαθήματα· μέθην· μητρυιάς· μνήμην· μυστήριον (Cod. μνηστῆρας)· μέμψιν· ναούς· ναυάγιον· ναυτιλίαν· νῆας· νήσους· οἶνον· ὄρνις· παιδιάν· πανούργους· παραμυθίαν· πατρίδα· πηγήν· πλουτοῦντας· ποιητάς· ποιμένας· πόλεμον· πόλεις· πονηρούς· πόρνας· ποταμούς· πτωχούς· σιωπήν· σοφίαν· σύγκρισιν.*)

Ib. Ὅμοια τοῖς ἐν τῷ πρώτῳ τμήματι, μετὰ τὸ γραφῆναι ἐκεῖνα ἐξ ἑτέρου βιβλίου συναθροισθέντα κατὰ κεφάλαια, ὀφείλοντα δὲ σὺν ἐκείνοις γράφεσθαι, ἕκαστον κεφάλαιον σὺν τῷ πρῶτον· εἰς ἀγῶνας· εἰς ἄμπελον· εἰς ἀναθήματα· εἰς ἀναπήρους· ἀδρείους· ἀνταπόδοσιν· ἀπειλήν· ἀρετήν· ἀσεβεῖς· ἀσώτους· αὐλητάς· αὐτάρκειαν· βίον ἀνθρώπινον· βρέφη· γάμον· γῆρας· γραμματικούς· γυναῖκας· δένδρα· δικαιοσύνην· δίκην· δυςτυχίαν· ἔλεον· ἐλπίδας· ἐπαίνους· ἔρωτα· εὐσέβειαν· εὐτυχίαν· εὐχαρίστους· εὐχήν· ἐχθρούς· ζῶα· ζωήν· ἠχώ· θάλασσαν· θάνατον· θεούς· ἰατρούς· ἰχθύας· κάλλος· κόλακας· κριτάς· λογογραφίαν· μαινομένους· μαθήματα· μέθην· μετριότητα· μῖσος· μητρυιάν· μνήμην· μυστήριον· μέμψιν· ναούς· ναυάγιον· ναυαγίαν· νῆας· νήσους· οἶνον· ὄρνις· παιδιάν· πανούρ-

*) Qui index nequaquam adcurate est confectus; haec enim capita desunt:

εἰς ἄμπελον n. 5 (A. P. IX 561),
μετριότητα n. 260 (A. P. X 102),
σωφροσύνην n. 414—419 (A. P. IX 96. 132. 170 X 56. 57. 68),
τιμὴν n. 420—421 (A. P. IX 176 X 99),
τύχην n. 422—438 (A. P. IX 49. 74. 136. 180. 181. 182. 183. 228. 442. 530 X 35. 52. 62. 64. 66. 80. 87),
ὑπεροψίαν n. 439—441 (A. P. IX 411 X 45. 75),
φήμην n. 442 (A. P. X 89),
φθόνον n. 443—448 (A. P. X 51. 90. 91 IX 77 XI 193 X 111),
φιλαργύρους n. 449—450 (A. P. IX 44. 45),
φιλίαν n. 451—454 (A. P. IX 535 X 39. 40 IX 450),
φιλοσόφους n. 455—462 (A. P. IX 569, 1 sq.; 569, 3—7; 207. 208. 197. 188. 366. 365),
φιλοστοργίαν n. 463—469 (A. P. IX 95. 163. 259. 345. 346. 390. 114),
φρόνησιν n. 470—471 (A. P. X 37 IX 9, 5 sq.),
φροντίδας n. 472—474 (A. P. IX 50 X 34. 77),
χρόνον n. 475—481 (A. P. IX 51. 499+500+501 X 79. 81. 103 XI 51. 53),
ὥρας (καὶ μῆνας) n. 482—487 (A. P. X 43 IX 383. 384. 580. 363. 491).

ἁρμόζοντι κεφαλαίῳ· ἔστι δὲ ταῦτα· εἰς ἀγῶνας· ἄμπελον· ἀναπήρους· ἀνδρείους· ἀνταπόδοσιν· αὐλητάς· αὐτάρκειαν· βίον· βρέφη· γάμον· γραμματικούς· δένδρα· δίκην· ἔρωτα· εὐτυχίαν· εὐχήν· ζῶα· ζωήν· θάνατον· θεούς· ἰατρούς· ἰχθύας· κόλακας· λογογράφους· μαθήματα· μεθύσους· μετριότητα· μῖσος· ναυάγιον· νῆας· οἶνον· ὄρνιθας· παραμυθίαν· πλουτοῦντας· ποιητάς· ποιμένας· πόλεμον· πόλεις· πονηρούς· πόρνας· ποταμούς· πτωχούς· σοφίαν· τύχην· φιλαργύρους· φιλίαν· φιλοσόφους.*) —

IIa. Ἐν τῷ παρόντι δευτέρῳ τμήματι σκωπτικῷ (σκωπτικῶ Cod.) ὄντι περιέχεται κεφάλαια τάδε· εἰς ἀγωνιστάς· ἀδύνατον· ἀνοήτους· ἅρπαγας· ἀσελγεῖς· ἀστρονόμους· βραχεῖς· βαλανεῖα· γραίας· γραμματικούς· δειλούς· δυςειδεῖς (εὐειδεῖς Cod.)· δυςώδεις· δολίους· δούλους· δῶρα· ἐρῶντας· ζωγράφους· ἡγεμόνας· θυγατέρας· ἰατρούς· ἵππους· κιθαρῳδούς (Cod. κιθαρωδούς)· κλέπτας· κουρέας· κυβευτήν· κυνηγόν· κωμῳδόν (κωμωδόν Cod.)· κωφούς· λαιμάργους· λεπτούς· μακρούς· μεθύσους· νομικούς· ὀκνηρούς· ὀρχηστάς· παχεῖς· ποιητάς· πλοῖα· πολυτεχνεῖς (πολυτειχεῖς Cod.)· πονηρούς· παροριστήν· ῥήτορας· συμποτικὰ ἀστεΐσματα· τολμηρούς· ὑβριστάς· φειδωλούς· φθονερούς· φιλοσόφους· χωλούς.**) —

IIb. Ὅμοια τοῖς ἐν τῷ δευτέρῳ

γους· παραμυθίαν· πατρίδα· πηγήν· πλουτοῦντας· ποιητάς· ποιμένας· πόλεμον· πόλεις· πονηρούς· πόρνας· ποταμούς· πτωχούς· σιωπήν· σοφίαν· σύγκρισιν· σωφροσύνην· τιμήν· τύχην· ὑπεροψίαν· φήμην· φιλαργύρους· φιλίαν· φιλοσόφους· φιλοστοργίαν· φρόνησιν· φροντίδας· χρόνον· ὥρας. —

II. Ἐν τῷ παρόντι δευτέρῳ τμήματι σκωπτικῷ ὄντι περιέχεται κεφάλαια τάδε· εἰς ἀγωνιστάς· ἀδύνατον· ἀνοήτους· ἅρπαγας· ἀσελγεῖς· ἀστρονόμους· βραχεῖς· βαλανεῖα· γραίας· γραμματικούς· γυναῖκας· δειλούς· δυςειδεῖς· δυςώδεις· δολίους· δούλους· δῶρα· ἐρῶντας· ζωγράφους· ἡγεμόνας· θυγατέρας· ἰατρούς· ἵππους· κιθαρῳδούς (κιθαρωδοὺς ed.)· κλέπτας· κουρέας· κυβευτήν· κυνηγόν· κωμῳδόν (κωμωδὸν ed.)· κωφούς· λαιμάργους· λεπτούς· μακρούς· μεθύσους· μιλιάριον· νομικούς· ὀκνηρούς· ὀρχηστάς· παχεῖς· ποιητάς· πλοῖα· πολυτεχνεῖς· πονηρούς·

*) Omissae sunt sectiones tres:
εἰς ἀρετὴν n. 15 (A. P. IX 496),
γραφίδας n. 33 (A. P. IX 162),
φρόνιμον (φρόνησιν) n. 131 (A. P. XI 356).

**) Addi possunt capita duo: εἰς μιλιάριον n. 166 (A. P. XI 244) et εἰς πορδὴν n. 205 (A. P. XI 395); hoc epigramma aetatis nostrae homunculo tantam bilem movit, ut totum radendo tolleret.

(τῶ δευτέρω Cod.) τμήματι τῷ σκωπτικῷ (τῶ σκωπτικῶ Cod.)· εἰς ἀγωνιστάς· εἰς ἀνοήτους· ἀσελγεῖς· ἀστρονόμους· βραχεῖς· γραίας· γραμματικούς· δυςειδεῖς· δυςώδεις· δολίους· ἡγεμόνας· ἰατρούς· κλέπτας· κουρέας· λαιμάργους· μικρούς· μεθύσους· ὀκνηρούς· ποιητάς· πλοῖα· πονηρούς· ῥήτορας· συμποτικὰ ἀστεῖσματα· ὑβριστάς· φειδωλούς· φιλοσόφους· χωλούς. —

IIIa. Ἐν τῷδε τῷ τρίτῳ (τῶδε τῶ τρίτω Cod.) τμήματι ἐπιτάφια ἔχοντι περιέχεται κεφάλαια τάδε· εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἀγωνιστάς· ἀδελφούς· ἁλιέας· ἀνδρείους· ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους· ἀρχαίους τινάς· αὐλητάς· βρέφη· γέροντας· γυναῖκας· δούλους· ἥρωας· ἰατρούς· ἰξευτάς· κιθαρῳδούς (κιθαρωδοὺς Cod.)· μεθύσους· μοιχούς· ναυαγήσαντας· νέους καὶ νέας· ὄρνις· ποιητάς· πόλεις· ῥήτορας· υἱοὺς καὶ θυγατέρας· φιλοσόφους.*) —

IIIb. Ὅμοια τοῖς ἐν τῷ τρίτῳ (τῶ τρίτω Cod.) τμήματι τῶν ἐπιταφίων· εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἀδελφούς· ἁλιεῖς· ἀνδρείους· ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους· ἀρχαίους τινάς· αὐλητάς· βρέφη· γέροντας· γεωργούς· γυναῖκας· δούλους· ἥρωας· ἰατρούς· ἰξευτάς· ἰχθύας· κυνηγούς· μεθύσους· ναυαγήσαντας· νέους καὶ νέας· ὄρνεις· ποιητάς· πονηρούς· ῥήτορας· υἱοὺς καὶ θυγατέρας· φιλοσόφους. —

IVa. Ἐν τῷδε τῷ τετάρτῳ τμήματι, ἐπιγράμματα εἰς θεῶν ἀγάλματα ἔχοντι καὶ ἀνδρῶν στήλας καὶ ζώων μορφὰς καὶ ἔτι τόπους, περιέχεται κεφάλαια τάδε· εἰς εἰκόνας ἀνδρῶν ἀγα-

πορδήν· παροριστήν· ῥήτορας· συμποτικὰ ἀστεῖσματα· τολμηρούς· ὑβριστάς· φειδωλούς· φθονερούς· φιλοσόφους· χωλούς. —

III. Ἐν τῷδε τῷ τρίτῳ τμήματι ἐπιτάφια ἔχοντι περιέχεται κεφάλαια τάδε· εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἀγωνιστάς· ἀδελφούς· ἁλιέας· ἀνδρείους· ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους· ἀρχαίους τινάς· αὐλητάς· βρέφη· γέροντας· γεωργούς· γυναῖκας· δούλους· ἥρωας· ἰατρούς· ἰξευτάς· ἰχθύας· κυνηγούς· κιθαρῳδούς (κιθαρωδοὺς ed.)· μεθύσους· μοιχούς· ναυαγήσαντας· νέους καὶ νέας· ὄρνις· ποιητάς· ποιμένας· πόλεις· πτωχούς· πονηρούς· ῥήτορας· υἱοὺς καὶ θυγατέρας· φιλοσόφους. —

IV. Ἐν τῷδε τῷ τετάρτῳ τμήματι, ἐπιγράμματα εἰς θεῶν ἀγάλματα ἔχοντι καὶ ἀνδρῶν στήλας καὶ ζώων καὶ ἔτι εἰς τόπους, περιέχεται κε-

*) Desunt duo capita: εἰς ποιμένας n. 340—344 (A. P. VII 173. 174. 518. 657. 703) et εἰς πτωχοὺς n. 346—347 (A. P. VII 156. 460).

θῶν· ἀθλητῶν, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἐπιγράμματα (adde τῶν) ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ (ἱπποδρόμω Cod.) κωνσταντινουπόλεως ἡνιόχων· βακχῶν· βασιλέων· γυναικῶν· ζωγράφων· ζώων· ἡρώων· ἠχοῦς· θαλάττης· θεῶν· ἰατρῶν· καιροῦ· κήπους· κιθαρῳδῶν (κιθαρωδῶν Cod.)· κίονας· λίθους· λουτρά· ναούς· νίκης· ξενοδοχεῖα· οἴκους· ὅπλα· ὀρχηστρίδων· πηγάς· ποιητῶν· πόλεις· ποταμούς· προάστεια· ῥητόρων· σκεύη· φιλοσόφων· ὡρολόγια. —

IV b. Ὅμοια τοῖς ἐν τῷ τετάρτῳ (τετάρτω Cod.) τμήματι ἐπιγράμμασιν εἰς εἰκόνας ἀνδρῶν ἀγαθῶν· ἀγωνιστῶν· βακχῶν· βασιλέων· γυναικῶν· ζωγράφων· ζώων· ἡρώων· ἠχοῦς· θεῶν· ἰατρῶν· εἰς λίθους· λουτρά· ναούς· οἴκους· πηγάς· εἰς εἰκόνας ποιητῶν· εἰς πόλεις· ποταμούς· εἰς εἰκόνας ῥητόρων· εἰς σκεύη· εἰς εἰκόνας φιλοσόφων· εἰς ὡρολόγια. —

V. Ἐν τῷδε τῷ πέμπτῳ τμήματι περιέχεται ἔκφρασις χριστοδώρου ποιητοῦ θηβαίου κοπτίτου (κοπίτου Cod.) τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τὸ ἐπικαλούμενον· τοῦ ζευξίππου. —

VI. Ἐν τῷδε τῷ ἕκτῳ τμήματι ἀναθηματικὰ ἐπιγράμματα ἔχοντι τάδε κεφάλαια περιέχεται· εἰς ἀναθήματα ἀγαλμάτων· εἰς ἀναθήματα παρ' ἀθλητῶν· παρὰ ἁλιέων· ἀντιστρέφοντα· παρὰ βακχευομένων· γερόντων· γεωργῶν· γυναικῶν· ἐρωτικά· εὐκτικά· εἰς θῆρας· ἰσόψηφα· καρκινωτά· παρὰ κηπωρῶν· κυνηγῶν· κιθαρῳδῶν (κιθαρωδῶν

φάλαια τάδε· εἰς εἰκόνας ἀνδρῶν ἀγαθῶν· ἀθλητῶν· βακχῶν· βασιλέων· γυναικῶν· ζωγράφων· ζώων· ἡρώων· ἠχοῦς· θαλάττης· θεῶν· ἰατρῶν· καιροῦ· κήπους· κιθαρῳδῶν (κιθαρωδῶν ed.)· κίονας· λίθους· λουτρά· ναούς· Νίκης· ξενοδοχεῖα· οἴκους· ὅπλα· ὀρχηστρίδων· πηγάς· ποιητῶν· πόλεις· ποταμούς· προάστεια· ῥητόρων· σκεύη· φιλοσόφων· ὡρολόγιον. —

V. Ἐν τῷδε τῷ πέμπτῳ τμήματι περιέχεται ἔκφρασις Χριστοδώρου ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου (Κοπίτου ed.) τῶν ἀγαλμάτων τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον, τὸ ἐπικαλούμενον· τοῦ Ζευξίππου· ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐπιγράμματα τῶν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ Κωνσταντινουπόλεως ἡνιόχων. —

VI Ἐν τῷδε τῷ ἕκτῳ τμήματι ἀναθηματικὰ ἐπιγράμματα ἔχοντι τάδε τὰ κεφάλαια περιέχεται· εἰς ἀναθήματα ἀγαλμάτων· εἰς ἀναθήματα παρ' ἀθλητῶν· παρὰ ἁλιέων· ἀντιστρέφοντα· παρὰ βακχευομένων· γερόντων· γεωργῶν· γυναικῶν· ἐρωτικά· εὐκτικά·

Cod.) ʻμαγείρων· εἰς ναούς· παρὰ ναυτῶν· ναυαγῶν· παιζόντων· ποιμένων· στρατιωτῶν· ταχυγράφων· χειρωνάκτων.*) —

VII. Ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα· τὰ μέν, ὡς ἐγκώμια· τὰ δ', ὡς ἐπιστολαί· τὰ δ', ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν· ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνεται· τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρελιπόμην. —

εἰς θῆρας· ἰσόψηφα· καρκινωτά· παρὰ κηπωρῶν· κυνηγῶν· κιθαρῳδῶν (κιθαρωδῶν ed.)· μαγείρων· ναούς· παρὰ ναυτῶν· ναυηγῶν· νέων· παιζόντων· ποιμένων· στρατιωτῶν· ταχυγράφων· χειρωνακτῶν. —

VII. Ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα· τὰ μέν, ὡς ἐγκώμια· τὰ δ', ὡς ἐπιστολαί· τὰ δ', ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν· ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνει· τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, φησίν, ὁ Πλανούδης. —

In universum parvus codicum est numerus, qui epigrammata erotica ad posteritatem propagarint; unde factum est, ut ad sylloges nostrae textum recensendum praeter libros supra indicatos haec tantummodo adiumenta adhiberi possent:

1) codex Ambrosianus A 161 sup. (s. XV) cf. n. XLVIII;
2) „ Laurentianus Plut. XXXI n. 28 (s. XV) cf. n. XLVIII;
3) „ F sive Laurentianus Plut. LVII n. 29 (s. XV) cf. n. I et XLVI;
4) „ Palatinus Gr. 128 (s. XV) cf. n. VIII XLI XLV;
5) „ R = Parisinus 2720 cf. n. I et XLVI;
6) „ S = Parisinus Suppl. n. 352 (s. XIII) cf. n. VIII et XXXIII;
7) „ Vaticanus Gr. n. 1372, olim Ursinianus**) (s. XVI) cf. n. XLVIII.

Codicis S notitiam Cramero debemus, qui poematia quaedam illinc hausta in Anecd. Gr. Paris. vol. IV (1841) p. 266 sqq. pu-

*) Omissae sunt sectiones duae:
(παρὰ) μεθύσων n. 127 (A. P. VI 77),
νέων n. 133—136 (A. P. VI 155. 156. 161. 198).

**) Qui his verbis definitur in inventario: ʻ53. Epigrammatario Graeco in carta pergamena, ligato alla greca in corame rosso, in 4⁰ foglio' cf. Nolhac p. 339.

blici iuris fecit†); libri R testimonia e Schneidewini 'Progymnasmatis in Anthologiam Graecam' (1855) deprompsi, ubi epigrammatum corolla Euphemiana in lucem est edita; reliquos codices ipse excussi. Ex his vero F dignissimus est, qui adcuratius describatur. Euphemianae enim Anthologiae, quae inde a f. 153^{v} usque ad f. 161^{r} legitur, f. 161^{r} epigramma A. P. IX 61 subiungitur, numeri autem centum et undeviginti f. 142^{r} — 153^{v} praemittuntur:

1) A. P. IX 53*
2) X 43
3) IX 455
4) App. Pl. XVI 293
5) A. P. VII 747
6) IX 539
7) proverbium††): ὤδινεν ὄρος· Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο· τὸ δ' ἔτεκε (l. ἔτεκεν) μῦν,
8) A. P. IX 160
9) App. Pl. XVI 3
10) A. P. IX 357 (v. 2 inc. f. 142^{v})
11) II 414 – 416
12) App. Pl. XVI 4
13) A. P. IX 366
14) 784
15) 576 (v. 6 inc. f. 143^{r})
16) 402
17) 48
18) 346
19) App. Pl. XVI 141
20) A. P. IX 523
21) 506
22) 504 (v. 4 inc. f. 143^{v})
23) App. Pl. XVI 152
24) A. P. IX 108
25) X 30
26) IX 26 (v. 9 inc. f. 144^{r})
27) VII 136
28) A. P. VII 148
29) 145
30) XI 414
31) IX 51*
32) 387
33) 388 (f. 144^{v})
34) 389
35) VII 139
36) App. Pl. XVI 223
37) 224
38) A. P. IX 117
39) 47
40) 75
41) 130 (f. 145^{r})
42) XI 323
43) App. Pl. XVI 222
44) A. P. IX 476
45) V 81
46) IX 359 (v. 8 inc. f. 145^{v})
47) X 26
48) VI 331*
49) IX 453
50) X 73
51) IX 360 (v. 4 inc. f. 146^{r})
52) 116*
53) 495
54) 177
55) 204 (v. 6 inc. f. 146^{v})
56) 115

---

†) Cf. praeterea Dilthey, 'de epigrammatum Graecorum syllogis quibusdam minoribus' (Ind. lectt. Gotting. aest. 1887) p. 4sqq.

††) Cf. Athenaeus XIV p. 616 D.

57) App. Pl. XVI 88
58) 109
59) A. P. VII 153
60) App. Pl. XVI 151 (v. 2 inc. f. 147^{r})
61) A. P. VII 713
62) XI 275 (v. 9 inc. f. 147^{v})
63) App. Pl. XVI 299
64) A. P. IX 205
65) 434
66) *ἰαμβικοί·* †)
ὥςπερ σκύφος γάλακτος ἢ καὶ κισσύβη ††) ‖ *ἡ βουκολικὴ πᾶσιν ἔκκειται βίβλος* †††)· ‖ *τοιγὰρ ῥοφῶμεν οἱ θέλοντες τὸν λόγον στόμασι λάβροις* *†), *εἰ κελεύουσι φρένες.*
67) A. P. IX 341 (v. 3 inc. f. 148^{r})
68) 68*
69) 69*
70) App. Pl. XVI 296
71) A. P. IX 156
72) VII 44 (v. 2 inc. f. 148^{v})
73) App. Pl. XVI 304
74) A. P. X 108
75) IX 253
76) 132
77) 170 (v. 3 inc. f. 149^{r})
78) 447
79) VII 535
80) App. Pl. XVI 210*
81) A. P. IX 122 (v. 6 inc. f. 149^{v})
82) XI 193
83) X 111
84) A. P. IX 18
85) 163
86) X 37
87) VII 7
88) 146
89) IX 277 (f. 150^{r})
90) X 51
91) IX 351
92) App. Pl. XVI 171
93) 120 (v. 3 inc. f. 150^{v})
94) 165
95) 162+160,5 sq.
96) 174
97) A. P. VII 6
98) IX 111
99) 391 (f. 151^{r})
100) X 29
101) IX 557
102) VII 13
103) 70
104) IX 294 (f. 151^{v})
105) 452
106) App. Pl. XVI 303
107) A. P. IX 192
108) 451* (f. 152^{r})
112) App. Pl. XVI 295
113) A. P. VII 489
114) IX 28
115) App. Pl. XVI 110 (v. 5 inc. f. 153^{r})
116) A. P. XI 442
117) App. Pl. XVI 91
118) 276
119) A. P. IX 88 (v. 3 inc. f. 153^{v}).

---

†) Cf. Ahrens, Bucolicorum Graecorum Rell. vol. II p. 3.
††) Cod. *κισύβη*.
†††) In cod. interpunctio deest.
*†) Cod. *λαύροις* (sine commate) offert.

Epigrammata stellulis notata (n. 1. 31. 48. 52. 68. 69. 80. 108) etiam in R redeunt*): n. 1. 47. 60. 5. 7. 8. 22. 73; unde librarius, cuius nomen subscriptio f. 161^v ἐγράφη παρ' ἐμοῦ βαρθωλομαίου κομπαρίνου ἐκ τοῦ πράτου ἐν τῇ φλορεντίᾳ patefacit, in codicis F corolla Euphemiana praeter duos ultimos numeros omnia illa carmina consulto omisit. Qui prorsus temerario consilio duas epigrammatum conlectiones conligavit, quae nullo pacto inter se cohaerere possunt. Sylloge enim ad Euphemium missa exeunte saeculo nono lucem vidit, alteram vero, quae in F praecedit, tribus fere saeculis inferiorem esse statuendum est, utpote quae versus n. 66 contineat, quos quidem Joanni Tzetzae vindicandos esse aliunde constet. Quae cum ita sint, cur tandem in iisdem epigrammatis F_1 et R (F_2) haud levem lectionis varietatem exhibeant, optime intellegi potest cf.

F_1:	R:
A. P. IX 51, 2 τύχην**)	τέχνην
VI 331, lem. γαΐτου***)	auctoris nomine caret
6 εὐτυχίης	ἀτυχίης
IX 116. Post v. 1 inserit A. P. IX 115, 5 (cum Pl.)†)	post v. 1 exhibet A. P. IX 115, 5sq. (cum P)
3 σ' ἐκκαλέουσα	σε καλέουσα
IX 68, 2 φαῖδραν††)	φαίδρην
69, 1 δύςμηνις.	δυςμενής.

*) Etiam n. 13 (A. P. IX 366) ibidem comparere Boissonade apud Duebnerum tradit; sed procul dubio epigramma non ad syllogen Euphemianam, sed ad septem sapientum dicta pertinet, quae eodem codice continentur cf. Schneidewinus p. 5.

**) In F praeterea v. 1 ad οἶδεν ἀμείβειν glossa interlinearis δύναται ἐναλλάσσειν spectat, cui in margine notula: τὸ οἶδεν ἐνταῦθα ἀντὶ δυνάμεως adicitur. Ex R nihil Schneidewinus p. 27 enotavit, sed οἶδεν· δύναται· ἐνταῦθα ἀντὶ δυνάμεως· — ἀμείβειν· ἐναλλάσσειν Boissonade apud Duebnerum profert.

***) Etiam Pl. VI n. 78 f. 64^v γαίτου exhibet; in P γαιτελίκου legitur, attamen A γαιτολικοῦ exaraverat; correxit C.

†) F recensionem Planudeam et hic et in n. 56 (A. P. IX 115) sequitur, ubi ultimum distichon resecatur.

††) Adgnoscit praeterea Pl. I_a n. 262 f. 12^r.

F_1:	RF_2:
App. Pl. XVI 210, lem. *Πλάτωνος νεωτέρου*	*πλάτωνος* (*πλάτω* F_2)*) *εἰς ἔρωτα εὑρεθὲν* (*εὑρηθὲν* F_2) *ὑπὸ ὁδιτῶν***) *ἐν ἄλσει*
2 *κυθείρης*	*κυθήρης*
3 *ἰοδόκον*	*ἰοβόλον*
7 *κηροχύτοις ἐντὸς λαγαροῖς βαῖνον*	*κηροχύτοις δ' ἐντὸς λάροις βαίνον*
A. P. IX 451 lemmate caret	*τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς πρόκνην τὴν ἀδελφὴν φιλομήλα*
2 *μουνώσας*	*μαννώσας.****)

Apographa ad codicem Palatinum tamquam communem fontem redeunt omnia cf. Jacobsius Anth. Gr.†) vol. VI p. CXLI sqq.; nec tamen illorum variae lectiones, cum maximam partem circumspectas virorum doctorum coniecturas repraesentent, in adparatu critico prorsus neglegi debent. Hinc igitur ad n. VI 4 IX 1. 4. 6 XIII 1. 9 XXVII 7 XXVIII 1. 4 XXXI 2. 3 XL 6 XLII 8 generaliter apographorum mentionem facio, singillatim vero commemoro apographum Buherianum (n. XXV 1), Guietianum (n. II 3 XIII 4 XVII 1 XX 6 XXI 7 XXIII 2 XXIV 15. 17 XXV 2 XXVI 5 XXVII 3. 11 XXIX 2 XXX 2 XXXV 1 XXXVII 5 XXXVIII 2. 5 sq. XLII 3 XLVII 6 LII 1), Heinsianum (n. XXI 2 XLII 7), Lennepianum (n. XLII 3 XLIV 4), Lipsiense (n. IV 1 IX 5 X 5

*) Cui lectioni compendium *πλάτ*^{ω} male intellectum ansam dedit; ac *πλάτ*^{ω} in P distincte scriptum repperi.

**) Hanc scripturam, non *ὑδάτων*, deinde v. 2 *κυθείρης*, non *κυθήρης* Pl. IVa n. 165 f. 48r offert.

***) Ex F_1 addo: n. 31, 1 *αἰῶν* a m. pr.; n. 48, 1 *ὀλοᾶ σφιχθέντα*, 3 *οὐ*^{κ}, 5 *τῇδε*; n. 52, 1 *δίκασε*, 2 *βοᾶ*, 4 *ἔργ⟨εο* et in margine: *ἔγρεο*; n. 68 lem. *μητρυῖαν*; n. 69, 1 *οὐδὲν* pro *οὐδ' ἐν*; n. 80, 1 *ἱκόμε*^{σ}*θα*, 5 *ὕπνω*, 6 *εὗδεν*; n. 108, 1 *βαθείῃ*, 4 *ἐθέρισε*. — F_2 App. Pl. XVI 210 *ἱκόμεσθα*, non *ἱκόμεθα* (cum R) exhibet, tum v. 5 *ὕπνω*; A. P. IX 451, 1 *βαθείῃ*, 2 *βαρύπ*^{ο}*τμον*, 3 *στυγνὰ δε μοι πόρεν ἕδνα*, non *στέγνα δέ μοι πόρεν ἕδνα*, quae codicis R est lectio. — Ceterum *ἕδνα*, non *ἔδνα* in P extat, unde potiorem scripturae varietatem, quae quidem nondum sit excussa, adicere placet: A. P. VI 331, 1 *ὀλοᾶ σφιγ*^{χ}*θέντα* (suprascr. C), 4 *βαιὸν* suprascr. C, qui *τυτθοῦ — βρέφυς* pro *τυτθὸν — βρέφος* reposuit, IX 69, 1 *οὐδενέρωτι* (pro *οὐδ' ἐν ἔρωτι*), App. Pl. XVI 210, 5 *ὕπνῳ*, 6 *εὗδεν*.

†) Sic editionem maiorem, tredecim voluminum opus, (L. 1794—1814), noto; contra numerus Romanus additamento: 'Anth. Gr.' destitutus editionis criticae (L. 1813—1817) volumen significat.

XIII 2. 9 XVII 3. 4 XX 1 XXI 2 XXIV 2. 11 XXVII 8 XXXIII 1 XXXVI 5 XLII 3. 13. 15), Ruhnkenianum (n. III 3 XVII 3 XXVII 10), Thryllitzschianum (n. III 1. 3. 4 V 1 VI 1 XI 4 XVII 4 XX 4 XXVIII lem. et 2 XXIX 2 XXXII 3 XXXIII lem. XXXV 3 XXXIX 4 XLIV 2 XLVIII 2. 3), Vossianum (n. III 4 IV 1 VI 3 XXXII 3).

In adnotatione critica saepius prudens sciensque digressiones*) quasdam admisi; id quod aequi bonique consulatur velim. Neque enim iusta Anthologiae editio, sed studiorum specimen proponitur: hoc vero nequaquam adparatum criticum exigit, qui definitam habeat regionem, cuius terminis saeptus teneatur. —

Iam libellum emissurus omni cogitatione eo feror, ut gratissimo animo nomen **Guilelmi ab Hartel**, praeceptoris dilectissimi, prosequar, qui tot tantaque in me beneficia contulit, ut ingratus essem, si remotis arbitris gratias agerem. — Teneo quidem quam avide optabam occasionem pietatis publice testificandae, sed viro praestantissimo pro summis in me meritis dignas laudes et gratias a me agi posse omnino despero.

D. Leopoli mense Ianuario a. MDCCCXC.

Leo Sternbach.

) Commemorantur ibidem praeter autographum Anthologiae Planudeae (p. 11. 15. 26. 27. 28. 33. 57. 83. 122.***) duosque codices Vaticanos (n. 1416 et 1169), ad Musuri exemplar revocandos, hi libri manuscripti:

1) Laurentianus Plut. VII n. 10 (s. XI) p. 55,
2) „ „ XXXII n. 50 (s. XV) p. 84,
3) Vaticanus Gr. n. 29 (s. XIV) p. 43,
4) „ „ n. 743 (s. XIV) p. 65.

I. *Ἄδηλον.*

Κόνων δίπηχυς, ἡ γυνὴ δὲ τεττάρων·
ἐν τῇ κλίνῃ δὲ τῶν ποδῶν ἰσουμένων,
σκόπει Κόνωνος ποῦ τὸ χεῖλος ἔρχεται.

Adnotatio critica:

A. P. XI 108, ubi B in rasura *ἄδηλō* dedit. — Lemma *ἄδηλον ἀστεῖον τοῦ σατὰν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου* F n. 155 et R n. 39 offerunt, ubi verba *ἄδηλον ἀστεῖον* ad praecedentis epigrammatis (A. P. XI 220) inscriptionem: *εἰς Ἀλφειόν τινα καλούμενον* trahi debent. — Genuinum Iuliani imperatoris lusum recte Boissonade ad Theophylact. Simocatt. p. 279 adgnoscit.

1 *δίπηχυς*] *δίπηχης* R, *δίπτυχης* F ‖ *η* P ‖ *δε* P ‖ *τεττάρων*] *τεττέρων* V, *τεσσάρων* FR, quam scripturam cum Schneidewino Progymn. in Anthol. Gr. p. 27 Duebner in textum recepit; sed Iuliano Attica vocis forma relinquenda est cf. ad n. XV 4 infra ‖ **2** *τῇ κλίνῃ*] *τῆ κλίνη* PMV ‖ *δε* P ‖ *ἰσουμένων*] *ἴσουμένων* P, *ἰσομένων* MV ‖ **3** *ποῦ*] *ποῖ* frustra Iacobsius vol. III p. 677 temptat, id quod etiam de Lucillii loco A. P. XI 133, 5 *ποῦ τις ἀπέλθῃ* et de Automedontis versu A. P. XI 346, 4 *ἤδη, καὶ ζητεῖς ποῦ σε φέρωσι πόδες* dictum volo cf. Wilamowitz-Moellendorf Commentariol. grammat. III (Ind. lectt. Gotting. aest. 1889) p. 25 n. 1 ‖ *το* M. —

II. *Ἄδηλον.*

Ζεῦ, προτέρῳ τέρπου Γανυμήδεϊ· τὸν δ' ἐμόν, ὦναξ,
Δέξανδρον δέρκευ τηλόθεν οὐ φθονέων·
εἰ δὲ βίῃ τὸν καλὸν ἀποίσεαι, οὐκέτ' ἀνεκτῶς
δεσπόζεις· ἀπίτω καὶ τὸ βιοῦν ἐπὶ σοῦ.

Adnotatio critica:

A. P. XII 69, ubi B lemma *ἄδηλ'* adposuit; equidem Meleagro Gadarensi epigramma vindicaverim. —

1 *τέρπον*] malim *τέρπεν* ‖ *Γαννμήδεϊ*] *γαννμήδει* (compendio diphthongi) P, falso. In quarto hexametri pede Meleager centies fere spondeum admisit, eidemque plus tricies in pede secundo spondeum adiunxit (A. P. IV 1, 9. 31. 33. 39; V 139, 3; 152, 7; 176, 3. 5; 180, 5; 184, 5; 190, 3; 196, 1; VI 163, 1; VII 195, 5; 196, 5; 417, 1. 3; 428, 5. 17; 476, 3; IX 363, 19; XII 56, 3; 72, 3; 85, 5; 110, 3; 128, 3; 132, 5; 137, 5; 141, 5; 151, 3; 157, 1; 257, 1. 7), in pede primo ac secundo sedecies (A. P. IV 1, 47; V 136, 3; 152, 3; 165, 5; 172, 5; 178, 1; 182, 5; 212, 5; VII 182, 7; 428, 1. 13; IX 363, 21; XII 52, 5; 82, 3; 132, 11; 256, 1), in pede secundo et tertio bis (A. P. V 152, 5 et 215, 5; posteriore enim loco: *εἴ καί με κτείναις, λείψω φωνὴν προϊέντα* | *γράμματα* e Posidippi — cf. quae dixi Melet. Gr. I p. 66 — versu simillimo A. P. XII *19, 5 *εἰ καὶ ἐμὲ κτείναις, λείψω φωνεῦντ' ἐπὶ τύμβῳ* | *γράμματ'* pro *εἴ καί με* corrigendum: *εἰ καὶ ἐμέ*). Nusquam tamen poeta versum offert, qui cum nostro apte componi possit: sane idem schema (–́⏑⏑–́ – –́⏑⏑–́ – –́⏑⏑–́⏑̄) A. P. V 184, 5 *οὐχ ὁ περίβλεπτός σε Κλέων*; κἂν *μὴ* . . . *τί δ' ἀπειλῶ*; et XII 137, 5 *ἅδε φίλα θρεπτῆρι χάρις*; ναὶ *τὸν βαθὺν ὄρθρον* recurrit, sed aliud profecto est simul cum pede quarto vocem polysyllabam ita terminare, ut diaeresis bucolica optime sentiatur, aliud unius syllabae voculam, quae cum verbis sequentibus arctissime cohaereat, in eiusdem pedis fine ponere; neque aliter haec Meleagri exempla sunt comparata:

A. P. V 184, 1	*ἔγνων· οὔ μ' ἔλαθες· τί θεούς*; οὐ *γάρ με λέληθας*
214, 1	*σφαιριστὰν τὸν Ἔρωτα τρέφω*· σοὶ *δ', Ἡλιοδώρα*
VII 419, 7	*ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσί, Σάλαμ*· εἰ *δ' οὖν σύ γε Φοῖνιξ*
421, 13	*χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν*, ἐπεὶ καὶ *Μοῦσαν Ἔρωτι*
428, 15	*ὄρνις δ' ὅττι γεγωνὸς ἀνήρ*, καί *που περὶ Κύπριν*
IX 363, 19	*εἰ δὲ φυτῶν χαίρουσι κόμαι*, καὶ *γαῖα τέθηλεν*
XII 33, 3	*ἀλλά, Πολυξενίδη, τάδ'* ὁρῶν, μὴ *γαῦρα φρυάσσου*
54, 1	*ἀρνεῖται τὸν Ἔρωτα τεκεῖν* ἡ *Κύπρις, ἰδοῦσα*
70, 5	*χὠ μὲν δὴ τάδε φησίν*· ἐγὼ δ' ἦν *μυῖα παραπτῇ*
83, 1	*οὔ μ' ἔτρωσεν Ἔρως τόξοις*, οὐ *λαμπάδ' ἀνάψας*
132, 1	*οὔ σοι ταῦτ' ἐβόων, ψυχή*; ναὶ *Κύπριν, ἁλώσει*
141, 3	*σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη Θήρων*; ἀλλ' *αὐτὸς ὑπέστης*.

Unus igitur locus restat, qui in censum venire possit, scilicet A. P. XI 223, 1 *εἰ βινεῖ Φαβορῖνος ἀπιστεῖς· μηκέτ' ἀπίστει.* Verum

tamen tantum abest, ut codicis Palatini memoriam, quae epigramma ad Meleagrum auctorem referat, pro rata atque firma habeam, ut distichon illud (A. P. XI 223) poeta nostro prorsus indignum esse confidenter iudicem. Equidem versus Antipatro (Thessalonicensi) tribuerim; alii fortasse Ammiani vel Nicarchi fetum adgnoscent. εμὸν P || ὤναξ P || 2 οὐ φθονέων] ex MV correxi: οὐ φθονέω (cum semicolo post τηλόθεν) P et volgo || 3 βίῃ] βίη MV; etiam in P signum, quod post η extat, potius pro commate vel puncto, quam pro littera ι habendum || ἀποίσεαι] recte MV exhibent, neque aliter Salmasius in margine apographi Guietiani correxerat: ἀποίσεται P || οὐκέτ'] οὐκ ἔτ' P, οὔκετ' M || ἀνἕκτῶς (sic) M || 4 ἀπίτω] καὶ ἀπίτω V || καὶ τὸ βιοῦν] recte in MV legitur: καὶ βιοῦν P, ubi τὸ inter καὶ et βιοῦν supplendum esse Salmasius perspexit || βιοῦν] de βιᾶν perperam C. A. Klotzius ad Tyrtaeum (1767) p. 115 cogitaverat. Genuinam loci sententiam Duebner est adsecutus; Iacobsium Anth. Gr. vol. XI p. 287 perversa Salmasii interpretatio transversum egit || ἐπὶ σοῦ] ἐπὶ σοὶ M, ἐπί σοι V. —

III. Ἄδηλον.

Εἰ Ζεὺς κεῖνος ἔτ' ἔστιν, ὁ καὶ Γανυμήδεος ἀκμὴν
ἁρπάξας, ἵν' ἔχῃ νέκταρος οἰνοχόον,
κήμὸν τὸν καλόν ἐστιν ἐνὶ σπλάγχνοισι Μυΐσκον
κρύπτειν, μή με λάθῃ παιδὶ βαλὼν πτέρυγας.

Adnotatio critica:

A. P. XII 65, ubi B genuinum lemma μελεάγρ adscripsit.

1 ἔτ' M || ἔστιν] scripsi: ἐστὶν volgo (ἐστιν P, ἔστι MV) || ὁ καὶ] ὁ δὴ frustra Brunckius flagitabat || ἔστιν, ὁ καὶ] ἔσθ', ὁ πάλαι schedae Thryllitzschianae in margine proponunt, quam coniecturam J. G. Schneider Peric. Crit. in Anthol. Gr. (1772) p. 112 probavit || 2 ἔχῃ] ἐχη P, ἔχει M, ἔχοι temere Brunckius reponebat || 3 κήμὸν τὸν καλόν ἐστιν] scripsi: κημοι τον καλόν ἐστι P, κἠμοὶ τὸν καλόν ἐστιν V et volgo, κἠμὴ τὸν καλόν ἐστιν M; nostra emendatione recepta vertendum: ʻiam meum est (officium)' cf. Sophocles Electr. 1470 οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν, O. C. 197 πάτερ, ἐμὸν τόδ', Euripides Ion. 1020 σὸν λέγειν, τολμᾶν δ' ἐμόν, Plato Leg. II p. 664 B τὸ μετὰ τοῦτο τοίνυν ἐμὸν ἂν εἴη λέγειν, VII p. 806 D οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα ἤδη σχεδὸν ἐμὸν πειρᾶσθαι φράζειν; [Alcib. I p. 106 B οὐ γάρ ἐστι τοιοῦτον τὸ ἐμόν], Menander fr. 674 (Kock) οὐκ ἐμὸν ἀνοίγειν λανθάνουσαν ἀτυχίαν |

ἔστ', Callimachus fr. 490 (Schneider) βροντᾶν δ' οὐκ ἐμόν, Plutarchus Vit. Anton. XXXII 3 ἐπιορκεῖν γὰρ οὐκ ἐμόν, Strato A. P. XII 4, 6 ζητεῖν οὐκ ἐμόν, Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 25, 275 sq. (Patrol. Gr. vol. XXXVII) p. 833: σοὶ (l. σὸν) μὲν γάρ ἐστιν ὠμότης, τὸ δὲ πρᾶον | ἐμόν. ‖ καλόν ἐστιν] καλὸν ἐστὶν male apud Duebnerum legitur ‖ ἐστιν ἐνὶ σπλάγχνοισι] recte MV offerunt (in M ἐνίσπλαγχνοισι extat), eodemque modo in margine apographi Ruhnkeniani est correctum: ἐστι σπλάγχνοισι P, ἐστιν ἐπὶ σπλάγχνοισι apographum Ruhnkenianum in textu exhibet, ἐστιν ὑπὸ σπλάγχνοισι ibidem in margine ex coniectura habes, quam Herelio praeeunte plerique probarunt, ἐστιν ἀπὸ σπλάγχνοισι (Μυΐσκον | κρύπτειν) C. A. Klotzius ad Straton. n. 20 p. 58 ex schedis Thryllitzschianis edidit ‖ Μυΐσκον] μυϊσκον P, μενίσκον V, μένισκον M; cf. ad n. XXXIV 1 infra ‖ κῆμὸν — Μυΐσκον] κῆμοί τοι καλόν ἐστιν ὑπὸ σπλάγχνοισι Μυΐσκον coniecit Wyttenbachius Biblioth. Crit. vol. I 2 (1777) p. 32, πῆ μοι τὸν καλὸν ἔστιν ὑπὸ σπλάγχνοισι Μυΐσκον G. Hermannus apud Graefium in Meleagri editione (1811) p. 79, κῆμοὶ τὸν καλόν ἐστι θέμις σπλάγχνοισι Μυΐσκον Iacobsius vol. III p. 744, κῆμοὶ τὸν καλὸν ἔστιν ἐνὶ σπλάγχνοισι Μυΐσκον idem in notis manuscriptis apud Duebnerum, κῆμοὶ τὸν καλόν ἐστιν ἐμοῖς (vel ἐνὶ) σπλάγχνοισι Μυΐσκον Boissonade ad Nicet. Eugenian. VI 592 vol. II p. 337, κῆμοὶ τὸν καλὸν ἔξεστι σπλάγχνοισι Μυΐσκον Hecker Commentat. Crit. de Anthol. Gr. (1843) p. 357, κἀμοὶ τὸν καλόν ἐστι καλὸν σπλάγχνοισι Μυΐσκον Herwerdenus Mnemos. N. S. vol. XIV (1886) p. 405. Quae commenta in universum vana sunt atque inrita, nonnulla prorsus falsa, veluti Wyttenbachii coniectura, qua sollemne epitheton τὸν καλὸν extrudatur cf. A. P. XII 20, 4; 28, 2; 64, 4; 67, 1; 68, 1; 69, 3; 71, 6; 107, 1; 122, 1; 133, 5; 140, 1; 171, 1; 194, 3; 204, 2; 253, 2. — In Herwerdeni scriptura etiam craseos ratio non Dorica offendit: neque enim dubito, quin Meleager, si crasin effecisset, κῆμοὶ eodem modo dicturus fuerit, quo A. P. XII 68, 10 κἠγὼ pro καὶ ἐγώ et A. P. VII 428, 16 κἠν pro καὶ ἐν dixit; sed reapse poeta καί μοι dedisset, sicuti etiam A. P. V 136, 3 καί μοι habes, non κῆμοὶ (= καὶ ἐμοί), tum A. P. XII 119, 4 καί με, non κῆμὲ (= καὶ ἐμὲ), qua observatione apud eundem Meleagrum A. P. VII 418, 4 κἀμὲ θετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγηροτρόφει vocem κἀμὲ (καμὲ P) in καί με mutandam esse probatur ‖ 4 μή με] correxit Brunckius ex margine apographi Vossiani: μὴ καὶ PMV ‖ λάθῃ] λάθη M ‖ μή — πτέρυγας] μή με λάθῃ παῖδα λαβὼν πτέρυγας ex schedis Thryllitzschianis Klotzius l. c. edidit, qui praeterea p. 77 σε pro με inepte

temptabat, *μή γε λάθῃ παῖδα βαλὼν πτέρυγας* Wartonus ad Theocrit. vol. II p. 89 exhibuit, *μή με λάθῃ παῖδα λαβὼν πτέρυγι* coniecit Koehler ad Theocrit. p. 119. —

IV. *Στράτωνος.*

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς εἴρηκεν Ἄρατος·
ὑμῖν δ', ὦ Μοῦσαι, σήμερον οὐκ ἐνοχλῶ.
Εἰ γὰρ ἐγὼ παῖδάς τε φιλῶ καὶ παισὶν ὁμιλῶ,
τοῦτο τί πρὸς Μούσας τὰς Ἑλικωνιάδας.

Adnotatio critica:

A. P. XII 1 sine lemmate; verba enim *στράτωνος τ̃ σαρδιανοῦ* haudquaquam epigrammati nostro in P adscribuntur, sed ad totum Anthologiae Palatinae librum XII spectant, eademque in summa pagina 569. manus novicia saeculi XVIII adiecit. Quem interpolatorem saeculo XVI Woltersius Mus. Rhen. vol. XXXVIII (1883) p. 106 n. 3 vindicavit; attamen nostram rationem ea certam reddunt, quae de eadem manu Melet. Gr. I p. 177 contra Paulssenum exposui. — Tota Musa puerilis etiam lemmate designatur, quod B versibus nostris praemisit: *ϛ τίς ἂν εἴην εἰ πάντ̂ σοι τ̂ εἰρημέν̂ τ̂ γνῶσιν ἐκθέμεν̊, τῶν* (delendum esse censet Buecheler apud Woltersium p. 107 n. 3; *τὴν* correxit Duebner) *στράτων̊ τ̂* (h. e. *τῶν* pro *τοῦ*) *σαρδιαν̆ παιδικ̂ μοῦσαν ἐπεκρυψάμην, ἣν αὐτ̊ παίζων. πρ̊ τοὺς πλησίον ἐπεδείκνυτο, τέρψιν οἰκειαν τὴν ἀπαγγελίαν τ̂ ἐπιγραμματ̂ οὐ τ̀ νοῦν ποιούμεν̊· ἔχου τοίνυν τ̂ εξ῾. ἐν χορέιαις Γ ἡ γε σώφρων κα̃ τ̀ τραγικ̀ οὐ διαφθαρήσεῃ.* — Auctoris nomen M servat; V lemmate caret, sed manus recentissima (Angeli Maii?) ibidem notulam adlevit: *στράτωνος* Anthologia Palat. Vat. Cod. 33 p. 569 quam anthologiam omnino consulere lector debet si *σφάλματα* nostri codicis cupit emendare.

1 *ἀρχώμεσθα*] *ἀρχόμεσθα* M, *ἀρχόμεθα* V ‖ *εἴρηκεν*] *ειρηκεν* P, *ἔκρινεν* temere in apographo Vossiano (et Lipsiensi) est mutatum ¦ *Ἄρατος*] *Ὅμηρος* MV ex interpolatione, quae ex Palladae epigr. A. P. X 50, 1 *τὴν Κίρκην οὐ φημι, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος* originem traxit, nisi forte ex glossa *ὡς Ὅμηρος*, quae ad v. 2 pertineret, manavit ¦ **3** *παῖδας τε* M ‖ **4** *Ἑλικωνιάδας*] *ἑλικωνιτίδας* MV. —

V. ⟨Τοῦ αὐτοῦ⟩.

Μὴ ζήτει δέλτοισιν ἐμαῖς Πρίαμον παρὰ βωμοῖς,
  μηδὲ τὰ Μηδείης πένθεα καὶ Νιόβης,
μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν·
  ταῦτα γὰρ οἱ πρότεροι πάντα χύδην ἔγραφον·
ἀλλ' ἱλαραῖς Χαρίτεσσι μεμιγμένον ἡδὺν Ἔρωτα
  καὶ Βρόμιον· τούτοις δ' ὀφρύες οὐκ ἔπρεπον.

Adnotatio critica:

A. P. XII 2, ubi B scripsit: στράτων. — Lemma τοῦ αὐτοῦ ego supplevi: in MV versus nostri sine distinctione epigrammati praegresso subiunguntur.

1 δέλτοισιν ἐμαῖς] δέλτοις ἐν ἐμαῖς edidit Brunckius cum schedis Thryllitzschianis, citra necessitatem ‖ παρα P ‖ **2** μηδὲ] μὴ δὲ P, μήτε MV; cf. Schneider ad Callimach. Hymn. III 17 ‖ τα P ‖ **3** μὴδ' PM ‖ Ἴτυν] ἴτην M ‖ ἀηδόνας] ἀηδόνα vel ἀηδοῦν vel (μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, μηδ' ἐν πετάλοισιν) ἀηδὼ coni. Brunckius, perperam in plurali offendens ‖ **4** πρότεροι] πρότερον MV non male; in V autem pro ν librarius primitus ι exaraverat ‖ πανταχύδην M ‖ **5** ἀλλ P ‖ χαρίτεσι M ‖ ἡδύν M. —

VI. ⟨Τοῦ αὐτοῦ⟩.

Ἀκμῇ δωδεκέτους ἐπιτέρπομαι· ἔστι δὲ τούτου
  χὠ τρισκαιδεκέτης πουλὺ ποθεινότερος·
χὠ τὰ δὶς ἑπτὰ νέμων γλυκερώτερον ἄνθος Ἐρώτων·
  τερπνότερος δ' ὁ τρίτης πεντάδος ἀρξάμενος·
ἑξεπικαιδέκατον δὲ θεῶν ἔτος· ἑβδόματον δὲ
  καὶ δέκατον ζητεῖν οὐκ ἐμόν, ἀλλὰ Διός.
Εἰ δ' ἔτι πρεσβυτέρου τις ἔχει πόθον, οὐκέτι παίζει,
  ἀλλ' ἤδη ζητεῖ· 'τὸν δ' ἀπαμειβόμενος'.

Adnotatio critica:

A. P. XII 4, ubi B dedit: τ αὐτ h. e. Στράτωνος. — MV lemma omittunt, sed in V eadem manus, quae ad n. IV comparet, adscripsit: στράτωνος Cod. eod. pag.: eadem.

1 ἀκμη P, ἀκμῇ V ‖ δωδεκέτους] δωδεκαέτους MV, δωδεκέτευς edidit Brunckius cum schedis Thryllitzschianis ‖ ἐστι P ‖ **2** χῶ P, χ' ῷ MV ‖ τρις καὶ δεκέτης M ‖ **3** χῶ P, χ' ῷ MV ‖ τὰ] om. MV,

τα P ‖ δις PV ‖ ἑπτὰ νέμων] ἑπτὰν ἔμων M ‖ νέμων] ἔχων conicitur in margine apographi Vossiani ‖ ερώτω̄ P ‖ ἄνθος Ἐρώτων] Strato ab Aeschylo sumpsisse videtur, qui similiter Helenam adpellat δηξίθυμον Ἔρωτος ἄνθος (Agam. 742). Post Stratonem Nonnus saepius locutionem illam sensu translato usurpat cf. Dionys. XI 341 πόρδαλις εἰ πρήνιξε τεὸν δέμας, ἄνθος Ἐρώτων, 397 τοῖος ἔην ἐρόεις Καλάμῳ φίλος, ἄνθος Ἐρώτων, addaturque inscriptio libri XII: δωδεκάτῳ φρένα τέρψον, ὅπῃ νέον ἄνθος Ἐρώτων | Ἄμπελος εἶδος ἀνῆκεν ἐς ἀμπελόεσσαν ὀπώρην. Idem vero Nonnus etiam propriam verborum significationem admisit Dionys. XII 86 Μίλακος ἱμείρων Κρόκος ἔσσεται ἄνθος Ἐρώτων et XV 353 ἢ κρόκος ἱμερόεις ἢ Μίλακος· ἄνθος Ἐρώτων cf. praeterea odarium Anacreonteum LIII 15 (Bergk) de rosa: προςάγειν τ' Ἔρωτος ἄνθος ‖ 4 ἀρξάμενος] correxi ex MV: ἀρχόμενος P et volgo, ἁπτόμενος apographa quaedam interpolata exhibent ‖ 5 εξεπικαιδεκατον P, ἐξεπικαὶ δέκατον M ‖ δὲ om. MV ‖ ἐβδοματον M ‖ 6 ζητεῖν] τητεῖν M ‖ οὐκ ἐμὸν] οὐκεμοὶ M, οὐκ ἐμοὶ V cf. ad n. III 3 ‖ 7 notam initialem versui huic a B adpositam transfixit manus novicia, qua de ad n. IV egimus ‖ ἔτι πρεσβυτέρου] scripsi cum Schwenckio Mus. Rhen. vol. II (1843) p. 464: ἐπὶ πρεσβυτέρους P et volgo, ἔτι πρεσβυτέρους MV, ἐπὶ πρεσβυτέροις coni. F. W. Schmidtius, kritische Studien zu den griechischen Dramatikern nebst einem Anhang zur Kritik der Anthologie vol. III (1887) p. 177, quem constructio πόθον ἔχειν ἐπί τινα offendit; insolentius in Oracul. Sibyll. IV 33 οὐδ' ἄρ' ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες legitur, cui loco nonnisi Arati versus 975 δάκνωσιν μυῖαι καὶ ἐφ' αἵματος ἱμείρωνται adsimulari potest. Cum εἴς τινα vocem πόθος coniungunt Nonnus Dionys. I 407 ὅσσον ἐγὼ πόθον ἔσχον ἐς Εὐρώπης ὑμεναίους et Eudocia de S. Cypriano II 355 sq. ἐγὼ κούρης πόθον οἶδα | ἐς θεὸν ὑψιμέδοντα; cf. insuper Nonnus Dionys. XIII 193 ἵμερον Ὠρίωνος ἐς Ἠριγένειαν ἐνίψω ‖ τις ἔχει] τίς ἐχει P, ζητεῖ MV ‖ οὐκ ἔτι P | 8 ἀλλήδη P | τὸν δ' ἀπαμειβόμενος] τοὺς ἀπαμειβομένους coni. Reiskius, praeter necessitatem. —

VII. Ἀδέσποτον.

* * *

Αἶψα δ' ὅγ' ἀντιθέην κούρην βάλε· τῆς δὲ διαπρὸ
ἦλθε δόρυ στιβαρὸν κατὰ νηδύος, ἐκ δέ οἱ ὦκα
κήκιεν αἷμα μέλαν, φύροντο δὲ δέμνια καλά·
ἔγχεϊ δ' ὀξυόεντι μεσηγὺ κόρην βάλε μηρῶν,

εὔσφυρον, ἀδμήτην, διὰ δὲ φλέβας αἱματοέσσας ·
κέρσε· μέλαν δέ οἱ αἷμα δι' ἕλκεος οὐταμένοιο
ἔβλυσεν ἐσσυμένως, δάμνα δέ ἑ νεύρινον ἔγχος.

Adnotatio critica:

Centonem habes ex Quinti Smyrnaei Posthom. I 235 sqq. atque memoriis Homericis conflatum. Ad carminis sententiam maxime Leonis Philosophi Homerocento A. P. IX 361 (= n. XLVI infra) Ausoniique cento nuptialis III p. 145 sq. (Schenkl) ex Vergilii versibus contextus faciunt. — Nostri quidem centonis frusta Homerica singulis locis adponentur, Quinti vero locum hic transscribere placet:

αἶψα δ' ὅγ' ἀντιθέην Κλονίην βάλε, τῆς δὲ διαπρὸ
ἦλθε δόρυ στιβαρὸν κατὰ νηδύος, ἐκ δέ οἱ ὦκα
δουρὶ χύθη μέλαν αἷμα, συνέσπετο δ' ἔγκατα πάντα·
τῆς δ' ἄρα Πενθεσίλεια χολώσατο, καί ῥα Ποδάρκεα
οὔτασεν ἐς μυῶνα παχὺν περιμήκεϊ δουρὶ
χειρὸς δεξιτερῆς, διὰ δὲ φλέβας αἱματοέσσας
κέρσε, μέλαν δέ οἱ αἷμα δι' ἕλκεος οὐταμένοιο
ἔβλυσεν ἐσσυμένως· ὁ δ' ἄρα στενάχων ἀπόρουσεν
εἰςοπίσω· μάλα γάρ οἱ ἐδάμνατο θυμὸν ἀνίη. —

1 Ante hunc versum lacunam indicavi ‖ ὅγ'] ὁ γ' MV ‖ **2** κατανηδύος M ‖ δέ οἱ] δέοι V; cf. ad v. 6 ‖ **3** κήκιεν αἷμα μέλαν] cf. Homerus Il. 7, 262 μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα. — Simplici voce κηκίω de prorumpente sanguine Sophocles Philoct. 784 utitur: στάζει γὰρ αὖ μοι φοίνιον τόδ' ἐκ βυθοῦ | κηκῖον αἷμα ‖ αἷμα M ‖ φύρονто δὲ] scripsi: φορύνοντό τε M, φορύνοντότο (sic) V; cave de φορύοντο cogites, quae vocis forma tantummodo grammaticorum sit commentum cf. Crameri Anecd. Oxon. vol. I p. 313, 8, Etymol. Magn. p. 799, 10, Etymol. Gud. p. 434, 19, Eustathius ad Homeri Il. 10, 270 p. 804, 48, Od. 18, 336 p. 1849, 16 sqq.; 22, 21 p. 1917, 42 sqq. ‖ καλὰ] scripsi: φίλα MV, cui lectioni patrocinari videtur Homerus Od. 8, 277 βῆ ῥ' ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅθι οἱ φίλα δέμνια κεῖτο, nec tamen insolentem verbi φίλα mensuram retinere ausus sum. Homerus quidem ter (Il. 4, 155; 5, 359; 21, 308) in versus initio φῖλε κασίγνητε exhibet, alia vero illic ratio intercedit (cf. Bekker, Homerische Blätter vol. I p. 140 sq., Hartelius, Homerische Studien I² p. 123), neque cum grammaticis antiquis (cf. Crameri Anecd. Oxon. vol. I p. 425, 40, Etymol. Magn. p. 794, 15, Etymol. Gud. p. 553, 44, Eustathius ad Homeri Il. 4, 155 p. 458, 2 sq.; 5, 359 p. 556, 33 sqq.) de ancipiti syllabae φι

mensura cogitari potest. Duo praeterea illius licentiae exempla repperi, alterum in rudi inscriptione primi fere saeculi p. Chr. nat. n. 289, 6 (Kaibel): τόνδε δὲ βωμὸν ἔθηκε, πανύστατα δῶρα, Μένανδρος, | φεῖλος ἀδελφειοῦ μηδενὶ λειπόμενος, ubi φεῖλος pro φιλία positum esse non recte editor existimat, alterum apud Theodorum Prodromum, pessimum versificatorem, in Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale vol. VI (an IX) p. 531: δεξιτερῇ βαλέων φίλον κάρα, θαῦμα ἰδέσθαι. — Hesiodi locus fragm. XLIX 3 (Goettling): ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων procul dubio corruptela laborat, quamquam de medela adhibenda viri docti inter se dissentiunt: mihi quidem maxime Isleri adridet coniectura (Quaestionum Hesiodiarum Specim. p. 11): ἔκτανε· Λητοΐδῃ δὲ φίλον σὺν θυμὸν ὄρινεν. Apud Theocritum Id. XXX 31 καὔτας Κυπρογενήας· ἔμε μάν, φύλλον ἐπάμερον rectissime Th. Fritzschius φύλλον pro φίλον correxit; in epigrammate Cyziceno A. P. III 2, 3 Τήλεφος, Ἡρακλέους φίλος γόνος αὐτὸς ὑπάρχων scribendum φίλος ἔκγονος (pro φίλος γόνος) cum Ludwichio Mus. Rhen. vol. XLI (1886) p. 592; apud Oppianum Cyneg. II 368 λύσεο μητέρα μοι φιλίην, τὰ δ' ἄποινα δέδεξο scriptura φίλην, quae olim circumferebatur, codicum ope est extrusa; denique apud Nonnum Paraphr. Evang. XV 42 ὑμῖν δ' ἔμπεδα ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύω codicis V(aticani) auctoritatem, qui φίλα τάδε pro ταῦτα φίλα offert, vel Homeri versus Od. 1, 307 ξεῖν', ἦ τοι μὲν ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύεις evertit ‖ 4 cf. Homerus Il. 13, 567 sq. Μηριόνης δ' ἀπιόντα μετασπόμενος βάλε δουρὶ | αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ, 16, 308 sq. αὐτίκ' ἄρα στρεφθέντες Ἀρηΐλυκον βάλε μηρὸν | ἔγχεϊ ὀξυόεντι. De ἔγχεϊ ὀξυόεντι adde praeterea Il. 5, 50; 7, 11; 8, 514; 13, 584; 15, 536. 742 ‖ ἔγχεϊ] scripsi: ἔγχει MV; cf. Homerus Il. 20, 368 ἔγχεϊ δ' ἀργαλέον, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰσιν, et sic ἔγχεϊ ante consonantes in eadem versus sede scriptum invenies apud Homerum Il. 3, 380; 5, 852. 856; 6, 31; 11, 265. 503. 541; 16, 195. 468. 809; 18, 195; 19, 152; 20, 96. 446; quamquam formam ἔγχει omnibus illis locis praeferendam esse Bekker censuit cf. Homer. Blätter vol. I p. 139 ‖ μεσηγύ] μεσσηγὺ V; in M post ὑ littera ς est erasa ‖ 5 εὔσφυρον] εὔφυρον V; epitheton a Quinto (I 115 XIII 268) poeta adsumpsit: apud Homerum eiusdem vice adiectivum καλλίσφυρος fungitur cf. Il. 9, 557. 560; 14, 319; Od. 5, 333; 11, 603 ‖ ἀδμήτην] scripsi: ἀδμῆτιν MV, cuius formae unum certum suppetit exemplum in inscriptione, quae legitur in opere: Reisen in Lykien und Karien — beschrieben von O. Benndorf und G. Niemann (1884) p. 77 n. 53, col E, v. 11: ἀ]λλὰ

virgine an meritorio scorto frui mallet, castam puellam eligit iudicium suum hisce verbis explanans: οὐ γὰρ ἕτοιμα | βούλομαι, ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον (A. P. XII 173, 5 sq.), quam sententiam Kaibelius ad Philodem. p. VIII pluribus inlustrat. — Ceterum nostro loco etiam σοβαρῶν ita explicari posse, ut vox ἑταίρα sive πόρνη ellipseos ratione omissa esse statuatur, equidem non nego cf. Lamberti Bosii Ellipses Graecae p. 101. 250 (ed. Schaefer); nihilo secius tamen librorum memoriam in mendo cubare persuasum habeo, cum neque ἡ σοβαρότης scorti insigne sit proprium atque peculiare, et a Rufino ipso v. 2 sqq. praeter fastum protervum etiam aliae notiones premantur. Optimum vero sensum σοβάδων praestat: σοβάδας γὰρ τὰς πόρνας λέγουσιν secundum Scholiastam ad Aristophan. Pac. 812, qui Eupolidis fragmentum (344. apud Kockium) παρὰ τηδεδὶ σὺ τῇ σοβάδι κατηγάγου adlegat cf. insuper Photius et Suidas s. v. σοβάδες, tum exempla e sequioris aetatis scriptoribus in Thesauro Didotiano vol. VII p. 504 A adposita || τὰς] τίς M || ἐκλεγόμεσθα] in P pro ἐκλεγώμεσθα C reposuit, ἐκλεγόμεθα MV Ambr. || 2 τοῖς σπαταλῶν κλέμμασι πειθόμενοι] cum MV scripsi, nisi quod ibidem σπατάλων legitur cf. tamen Lobeckius Pathol.-Prolegom. p. 104: τοῖς σπατάλοις κλέμμασι τερπόμενοι P Laur. Vat. Ambr. et volgo (in P inter τοῖς et σπατάλοις unius litterae erasae vestigia restant; ac praeterea in σπατάλοις prius σ praescripsit C, qui etiam accentum circumflexum supra οι additum erasit et α acuto instruxit); τοῖς σπατάλης κλέμμασι τερπόμενοι in schedis Thryllitzschianis conicitur. — Scriptura volgata et contortam interpretationem efficit, cum verba τὰ σπάταλα κλέμματα de furtis venereis, quae quidem in matronis superbis (ταῖς σοβαραῖς) magno sumptu constent, intellegi debeant, et languidissimam sententiam involvit: 'nos qui luxuriosis furtis non delectamur servas potius quam superbas (matronas) eligimus'; noster vero textus et sententiam commodam reddit ('qui decipi nos non patimur fastosarum meretricum fraudibus servas potius, quam ista scorta eligimus') et expeditam facilemque enarrationem admittit: scilicet vocem κλέμμα saepissime de fraude ac dolo usurpatam reperies cf. Thucydides V 9, 5, Demosthenes Or. XVIII 31 p. 236, 2 R., Aeschines Or. III 100 et 101 p. 68, 1. 10 Steph., Plutarchus Moral. p. 63 D et 320 E; tum scortorum (τῶν σοβάδων) notio epitheto σπαταλὸς aptissime inlustratur cf. Rufinus A. P. V 27, 6 ταῦτα τὰ τῶν σπαταλῶν τέρματα παλλακίδων et Varro Sat. Menipp. p. 164, 5 (Riese) 'spatale évirávit ómnés puerós venérivagá' cl. Agathiae loco A. P. V

302, 2 ἐν μὲν ἀγυιαῖς | μαχλάδος οἰμώξεις χρυσομανῆ σπατάλην, ubi genuinam lectionem χρυσομανῆ σπατάλην (pro χρυσομανεῖ σπατάλῃ) Melet. Gr. I p. 132 reduximus; accedat denique Macedonius A. P. V 271, 2 τὴν χρυσέῳ κροτάλῳ σειομένην σπαταλὴν | γῆρας ἔχει καὶ νοῦσος ἀμείλιχος, ubi scripturam volgarem τὴν χρυσεοκροτάλῳ σειομένην σπατάλῃ fragili auctoritate niti Melet. Gr. I p. 83 docui, hoc tamen nomine falsus, quod nomen proprium efflagitari arbitratus Σπατάλην cum Reiskio reponebam; at cf. Agathias Scholasticus A. P. V 273, 1 sqq.:

Ἡ πάρος ἀγλαΐησι μετάρσιος, ἡ πλοκαμῖδας
σειομένη πλεκτὰς καὶ σοβαρευομένη,
ἡ μεγαλαυχήσασα καθ' ἡμετέρης μελεδώνης,
γήραϊ ῥικνώδης τὴν πρὶν ἀφῆκε χάριν. ||

3 ταῖς] τοῖς M, τῆς V || χρὼς] χρῶς P, qui accentus etiam v. 5, tum apud Philodemum A. P. V 13, 5 recurrit; apud Paulum Silentiarium A. P. V 264, 10 nunc quidem χρὼς extat, sed gravem C pro circumflexo restituit || σοβαρὸν] σοβαρῶν in schedis Thryllitzschianis legitur || 4 καὶ μέχρι κερδαίνουσ'] scripsi: καὶ μέχρι κινδύνου PMV Laur. Vat. Ambr. et volgo; καὶ μέχρι κινδύνων Reiskius p. 105 temptabat, καὶ μετὰ κινδύνου Hecker Comment. Crit. (1843) p. 29, κοὐ δίχα κινδύνων F. W. Schmidtius Krit. Stud. vol. III p. 94: scilicet e scriptura volgari et perversa totius epigrammatis interpretatio fluxit et reiectaneae virorum doctorum coniecturae manarunt; sensum autem a nobis restitutum reapse expectari versus sexti sententia opposita dilucide demonstrat, — nec tamen de commento ipso plane securus sum; possis etiam: καὶ μέχρι τοῦ κέρδους, — καὶ μέχρι κεν δαπανᾷς, — καὶ μέχρι τῶν δαπανῶν. || ἑσπομένη] ἑσπομένη M, ἑσσομένη Laur. Vat. Ambr., quod 'fere malit' Boissonade apud Duebnerum, ἑσσυμένη coniecit Piccolos Supplément à l'anthologie grecque p. 1, κλεπτομένη temptabat Duebner, qui in praecedentibus Heckeri sententiam est amplexus. [In P haudquaquam ἑσπομένη, sed distincte ἑσπομένη extat; idem error notandus est A. P. VIII 33, 4 et 133, 3, ubi P clare ἑσπομένην et (utroque loco) ἕσπετο offert, — contra A. P. VII 9, 3 non ἕσπετο, sed ἕσπετο habes, in qua voce C spiritum et accentum adiecit; A. P. VII 246, 4 ἐφ' ἑσπόμεθα, VII 378, 1 ἐφ' ἕσπετο legitur, sed loco posteriore apostrophum et alterum spiritum C addidit] || 5 ταῖς δὲ] τῆςδε M || χρὼς] χρῶς PM; cf. ad v. 3 || ἑτοῖμον] ἑτοῖμον P (cf. ad n. XI 5 supra), ἕτοιμον Laur. Vat. Ambr., ἕτοιμον MV; ἄπημον inscite F. W. Schmidtius o. c. p. 95 coniecit || 6 om. MV, quorum codicum alter spatium vacuum

in utraque margine signo + notatum exhibet cf. ad n. XL 4 || δώροις ἐκ σπατάλης] Laur. Vat. Ambr. offerunt: δώροις ἐκ σπατάλοις P, unde Boissonade (ad Nicet. Eugenian. I 220 p. 61) δώροις ἐν σπατάλοις (debebat σπαταλοῖς) reponebat, fortasse recte cf. Melet. Gr. I p. 129; δώρων καὶ σπατάλης Heinsius edidit, δώροις ἐκπάγλοις ex sua coniectura Reiskius posuit, δώρων ἐκ σπατάλης Brunckius temptabat, χλωροῖς ἐν πετάλοις Piccolos, qui etiam sequentia mutavit || οὐκ ἀλεγυνόμενον] scripsi Melet. Gr. l. c.: οὐκ ἀλεγιζόμενον (οὐκαλεγιζόμενον P) PMV Laur. Vat. Ambr., quam lectionem corruptela laborare viri docti inde a Iacobsio consentiunt, qui Anth. Gr. vol. XIII p. 65 δώροις ἐκ σπατάλης οὐκ ἀγλαϊζόμενον corrigebat, tum ed. crit. vol. III p. 55 δώροις ἐκ σπατάλης οὐ μεγαλιζόμενον, denique (in notis manuscriptis apud Duebnerum) δώροις ἐκ σπατάλης (vel δώροις ἐν σπαταλοῖς cf. Delectus epigrammatum Graecorum — 1826 — V 53 p. 151) οὐκ ἀγοραζόμενον coniecit; δώροις ἐν σπατάλοις οὐκ ἀλογιζομέναις Hecker p. 30 maluit, ubi ἀλογιζομένων Duebner praeferebat, (χλωροῖς ἐν πετάλοις) οὐ μαλακιζόμενον Piccolo placuit || 7 sq. a versibus praegressis seclusi; qua ratione distichon, sive in volgata epigrammatis interpretatione adquiescis, sive meam sequeris, cum praecedentibus cohaereat, equidem non perspicio || 7 πύρρον P || Ἀχιλλέος] ἀχιλλέως MV || προέκρινεν C, sed spiritum C superscripsit || 8 Ἑρμιόνης] ἑρμιόνης M, neque aliter A in P dederat, ubi lenem in asperum C mutavit || ἀλόχου] αλόχον (sic) M. —

XLIX. Ῥουφίνου.

Καὶ πενίη καὶ ἔρως δύο μοι κακά· καὶ τὸ μὲν οἴσω
κούφως, πῦρ δὲ φέρειν Κύπριδος οὐ δύναμαι.

Adnotatio critica:

A. P. V 50, ubi A ἀδέσποτō scripsit; ρουφίνου sine spiritu in M legitur. — In Latinum sermonem Claudianus Carm. min. XVI (vol. II p. 146 Jeep) convertit:

Paupertas me saeva domat dirusque Cupido;
sed toleranda fames, non tolerandus amor.

Nec tamen propterea appendicis nostrae lemma in suspicionem vocari potest, siquidem Rufinus aevo Iustinianeo perperam vindicatur cf. Melet. Gr. I p. 22*. Similiter Ausonius, Claudiani aequalis, Rufini distichon A. P. V 88

Εἰ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσαι,
τὴν ἑνὶ καιομένην ἢ σβέσον ἢ μετάθες

imitatione expressit Epigr. 83 p. 218 (Schenkl):

Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione,
aut transire iube: vel fac utrimque parem!

cf. praeterea ep. 12 p. 199 et A. P. V 21, ep. 36 p. 205 et A. P. V 42. — Ceterum epigrammati nostro ultimum epigrammatis A. P. V 246 distichon J. G. Schneider Peric. Crit. p. 9 prave subiungendum esse censuit cf. ad n. XXXVIII 5 sq. supra.

1 δύο μοι] δύο (μοι superscr.) P, ubi C accentum posuit et μοι superaddidit ‖ οἴσω spir. acc. C, qui eadem signa ab A adiecta erasit 2 δε P. — Sequitur in MV Rufini epigramma iam supra n. XIV exhibitum. —

L. *Μελεάγρου.*

Ἴξὸν ἔχεις τὸ φίλημα, τὰ δ' ὄμματα, Τιμάριον, πῦρ·
ἢν ἐςίδῃς, καίεις· ἢν δὲ θίγῃς, δέδεκας.

Adnotatio critica:

A. P. V 96, ubi lemma μελεάγρου A adscripsit.

1 τὰ δ'] ταδ' M ‖ Τιμάριον] μώριον MV ‖ 2 ἐςίδῃς] ἐς ἴδῃις P, ubi C alterum spiritum adiunxit et ῃι in rasura pro ει reposuit; ἐςίδῃς M ‖ καίεις] κάιεις P, sed καὶ εἰς A scripserat; correxit C ‖ ἢν δὲ] recte M exhibet: ἢν γε P (accentum acutum pro gravi C restituit), ἢν V, sed ἢν δὲ idem codex in epigrammate repetito f. 77[r] praebet; genuinam scripturam iam ante Iacobsium Anth. Gr. vol. VI p. 89 tacite d'Orvillius Vann. Crit. p. 614 exhibuit, simillimum Aristaeneti locum Epist. II 1 p. 158 (Hercher) tractans: σὺ δὲ ὀφθεῖσα φλέγεις καὶ ὁμιλοῦσα τιτρώσκεις ‖ θίγῃς] θιγεῖς (ῃι superscr.) P (ubi C ει transfixit et ῃι superposuit), θίγῃς M ‖ Carmini nostro Iacobsius l. c. Duebnero probante distichon adnexuit, quod tamquam peculiare Meleagri epigramma A. P. XII 113 extat:

Καὐτὸς Ἔρως ὁ πτανὸς ἐν αἰθέρι δέσμιος ἥλω
ἀγρευθεὶς τοῖς σοῖς ὄμμασι, Τιμάριον.

Quae coniectura meo quidem iudicio vel propter bipartitum sententiarum contextum, qui in disticho nostro conspicitur, plane concidat necesse est; sane A. P. XII 113 a Musae puerilis ratione abhorret, sed eodem modo in Anthologiae Palatinae librum duodecimum Posidippi epigramma n. 131, Asclepiadis n. 153, Philodemi n. 173 ipsiusque Meleagri carmina n. 53. 82. 83. 114. 147 inrepserunt. Quodsi causam quaeris, cur n. 113 in locum non

idoneum delatus sit, epigramma A. P. XII 109 succurrit, ubi similiter Timarii pulchritudo celebratur:

Ὁ τρυφερὸς Διόδωρος ἐς ἠϊθέους φλόγα βάλλων
ἤγρευται λαμυροῖς ὄμμασι Τιμαρίου κτλ. —

LI. Ἄδηλον.

Ἑρμιόνῃ πιθανῇ ποτ' ἐγὼ συνέπαιζον, ἐχούσῃ
ζώνιον ἐξ ἀνθέων ποικίλον, ὦ Παφίη,
χρύσεα γράμματ' ἔχον· 'διόλου' δ' ἐγέγραπτο 'φίλει με·
καὶ μὴ λυπηθῇς, ἤν τις ἔχῃ μ' ἕτερος.'

Adnotatio critica:

A. P. V 158, ubi auctoris nomen ἀσκληπιάδου A adscripsit, tum L εἰς ἑρμιόνην ἑταίραν adiecit. — Imitando expressit Ausonius ep. XCVII p. 222 (Schenkl):

Punica turgentes redimibat zona papillas
Hermiones: zonae textum elegeon erat:
'qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat, ames me
exemploque tuo neminem amare vetes.'

1 Ἑρμιόνῃ] ἔρμιόνηι P (ubi spiritum lenem A posuit, asperum C), ερμιόνη M || πιθανῇ] πιθανῆ M || πότ' P || πιθανῇ ποτ' ἐγὼ] ποτ' ἐγὼ πιθανῇ Brunckius scripsit || συνέπαιζον] σὺν ἔπαιζον P, sed accentum priorem et spiritum C addidit || ἐχούσῃ] ἐχουσῃ M, ἐχοίσῃ Ruhnkenius ad Iulium Rufinian. (in append. Rutilii Lupi) p. 259 edidit || 2 ζώνιον] PV exhibent, τῶν δὲ M; ζωνίον inde a Reiskio Miscellan. Lips. Nov. vol. IX p. 304 n. 333 tacite editores reponunt, quamquam λώπιον apud Diodorum A. P. VI 245, 5 et χλαίνιον apud incertum A. P. XII 40, 1 non mutarunt cf. praeterea Eustathius ad Homeri Il. 2, 502 p. 268, 8 καὶ ὅρα τὸ κώμιον ὑποκοριστικῶς λεχθὲν καὶ προπαροξυτόνως, ὡς καὶ λύρα λύριον καὶ θύρα θύριον et omnino Goettlingius allgemeine Lehre vom Accent der griechischen Sprache (1835) p. 232 sq., Lobeckius ad Buttmanni ausführl. Griech. Sprachlehre [2]vol. II (1839) p. 441. — Accedit quod codices semper formam ζώνιον, numquam ζωνίον adgnoscunt cf. Aristophanes Lysistr. 72, Plutarchus Mor. p. 154 B, Alciphro Epist. I 39, 4 p. 59 (Hercher), Pollux Onom. VII 67. 68; — Moeris s. v. ζώνιον, Ptolemaeus Ascalonita de differ. vocab. Herm. vol. XXII (1887) p. 395, 19 (ed. Heylbut), Ammonius de differ. vocab. p. 65 (Valckenaer), Anecd. Bachmanni vol II p. 378, 8,

Hesychius s. v. ζώνιον, Choeroboscus in Crameri Anecd. Oxon. vol. II p. 215, 25, Thomas Magister s. v. ζώνιον et ζωνιοπλόκος ‖ ἐξ ἀνθέων] ἐξανθέων P, ἐξ ἀνθῶν V, ἐξανθῶν M ‖ ὦ Παφίη] ὡς Παφίη coniecit Passowius apud Iacobsium vol. III p. 85; at cf. Asclepiades A. P. V 153, 4, Dioscorides XII 14, 2, Rufinus V 75, 1, Paulus Silentiarius V 239, 2 ‖ **3** χρύσεα] χρύσία P, ubi ε superscripsit C ‖ ἔχον] ἔχων A exaraverat, sed ω in ο C mutavit διόλου] om. MV; δι' ὅλου edidit Reiskius; cf. Lobeckius Pathol.-Elem. vol. I p. 600 ‖ φίλει με] cf. Jahrbuch des kaiserlich deutschen archäologischen Instituts herausg. von M. Fränkel vol. I (1886) p. 127 ‖ 'διόλου' δ' ἐγέγραπτο 'φίλει με'] διόλου δ' ἐγέγραπτο· 'φίλει με' ante Heckerum Comment. crit. de Anth. Gr. I (1852) p. 209 distinguebatur ‖ **4** λυπηθῇς] λυπηθῆς P, ubi C litteram ι superaddidit, λυπηθῆς M ‖ ἥν] ἣν P, ubi signa C partim in rasura adiecit; A ἣν scripsisse videtur ‖ ἔχῃ μ'] ἔχει μ' M; in P μ' ἔχει A exaraverat, unde C in rasura ἔχηι μ' restituit. —

LII. Ἄδηλον.

Μή με δόκει πιθανοῖς ἀπατᾶν δακρύοισι, Φιλαινί·
οἶδα· φιλεῖς γὰρ ὅλως οὐδένα μεῖζον ἐμοῦ,
τοῦτον ὅσον παρ' ἐμοὶ κέκλισαι χρόνον· εἰ δ' ἕτερός σε
εἶχε, φιλεῖν ἂν ἔφης μεῖζον ἐκεῖνον ἐμοῦ.

Adnotatio critica:

A. P. V 186, ubi A ποσιδίππȣ scripsit, tum L εἰς φιλαινί πόρνην adiecit; ac revera Philaenidis nomen in Posidippi epigrammate A. P. V 202, 3 recurrit.

1 πιθανοῖς] correxit Reiskius Miscellan. Lips Nov. vol. IX p. 455 n. 350: πιθανῶς P (ubi πιθανῶς extat; ·A, -C) MV; cf. Alciphro Epist. I 36, 3 p. 57 (Hercher) θαυμάζω δέ σου καὶ τὰ δάκρυα ὡς ἔστιν ἀπίθανα et I 37, 4 (ibidem): ἐπικηρυκευσόμεθα δὴ αὐτῷ καὶ δακρύσομεν πιθανῶς. Quamquam nescio an traditae scripturae patrocinium conlato Aristophanis loco Thesmoph. 267 sq. ὅπως τῷ φθέγματι | γυναικιεῖς εὖ καὶ πιθανῶς suscipere possis cf. praeterea Dio Chrysostomus Or. IV vol. I p. 85, 13 (Dindorf) προηγείσθω δὲ καὶ τούτου ἀπάτη, πάνυ ὡραία καὶ πιθανὴ et p. 88, 9 ἀπάτη δὲ καὶ τούτῳ παρέπεται τῷ δαίμονι ἁπασῶν πιθανωτάτη, tum Asclepiades A. P. V 158, 1 Ἑρμιόνῃ πιθανῇ ποτ' ἐγὼ συνέπαιζον et Dioscorides A. P. V 53, 1 ἡ πιθανή μ' ἔτρωσεν Ἀριστονόη, φίλ'

Ἀδωνι ‖ *δακρύοισι*] scripsi cum Bothio (in notis manuscriptis apud Iacobsium vol. III (Addend.) p. XXXV); *δάκρυσι* PV, *δακρυσι* M; *δάκρυσσι* Salmasius in margine apographi Guietiani corrigebat, quam scripturam omnes editores sunt amplexi; at enim *δάκρυσσι* admodum tenui auctoritate nititur, cum formam *δακρύοισι* paeonis tertii mensura apud poetas dactylicos instructam certis testimoniis conroborare possis cf. Homerus Od. 18, 173 *μηδ' οὕτω δακρύοισι πεφυρμένη ἀμφὶ πρόςωπα*, Apollonius Rhodius Argon. III 805 *δεῦε δὲ κόλπους* | *ἄλληκτον δακρύοισι*, Moschus Id. IV 59 *ὣς δ' αὔτως δακρύοισι παρήϊα λεύκ' ἐδίαινεν*, Maximus *περὶ καταρχῶν* 331 *ταρβαλέοις δακρύοισι πεφυρμένος ἰνδάλλοιτο*, epigramma (3. fere saeculi p. Chr. n.) n. 699, 5 (Kaibel) *καὶ δακρύοισιν ἔβρεξαν ὅλον τάφον· ἄστατος ὄντως*, Rufinus A. P. V 9, 5 *ἀλλ' αἰεὶ δακρύοισι πεφυρμένος ἢ 'πὶ Κορησόν*, Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 2, 518 (Patrol. Gr. vol. XXXVII) p. 619 *εὐχαί τε στοναχαί τε ἀκαμπέες; οὐ δακρύοισι* | *τήκοντ'*, II 1 n. 44, 149 p. 1364 *τοὺς δὲ ποτὸν δακρύοισι μεμιγμένον ἀλγινόεσσιν*, II 2 n. 2, 119 p. 1488 *μούνη, καὶ δακρύοισιν ἀπέκλυσε πήματα πικροῖς*, Eudocia de S. Cypriano II 2 *πίστις μυστιπόλος, θαλεροῖς ἐμέθεν δακρύοισιν*, quibus addantur Empedocles apud Stobaeum Anth. I 10, 11ᵃ, 3 Wachsm. (et alibi) *νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει, κρούνωμα βρότειον*, Asclepiades A. P. V 145, 3 *οὓς. δακρύοις κατέβρεξα· κάτομβρα γὰρ ὄμματ' ἐρώντων*, Incertus A. P. VII 340, 2 *ὀμβρήσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην*, epigramma n. 297ᵃ, 3 (in Kaibelii conlectione) *ἄλλοι μὲν στεφάνοισι, χοαῖς, δακρύοις τε καὶ ᾠδαῖς*, n. 643, 6 *τεῦξε λυγροῖς* [*δακρύ*]*οις* [*μνή*]*ματα μυρόμενο*[*ς*], n. 722, 4 *ἀντίτυπον ῥεύσει τοῖς δακρύοις χάριτα.* — Apud Homerum quidem (Od. 18, 173) inter *δακρύοισι* et *δάκρυσι* libri fluctuant; itaque A. Nauckius (post Spitznerum 'de versu Graecorum heroico' p. 188) altera scriptura nixus *δάκρυσσι* scripsit; attamen gemellam correptionem Homerus Od. 19, 122 admittit: *φῇ δὲ δακρυπλώειν βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ*, nec male lectionem volgatam Moschi, Maximi Rufinique imitationes tuentur. Apollonius vero quin ad Homeri exemplum Argon. III 805 vocem *δακρύοισιν* in secundi pedis thesi syllabam *δα* corripere passus sit, equidem non dubito, unde G. Hermanni coniecturam (ad Orphic. p. 759) *δάκρυσσι*, a Spitznero o. l. p. 102 probatam, pro reiectanea habeo; neque aliter de Orphei loco Lith. 285 (Abel) *καὶ πίτυος δακρύοισι λίθον μένος ὀψιανοῖο* sentio, ubi idem Hermannus verissima Musgravii et Tyrwhitti emendatione *δακρύοισι* spreta librorum memoriam *δάκρυσι* in *δάκρυσσι* mutavit. — Iam videndum de Quinto

Smyrnaeo Posthom. III 604 *μυρομένων δακρύοισι φορύνετο τεύχεα πάντα.* C_1, pessimae notae liber, *δάκρυσι* (σ superscr.) offert, codex A *δάκρυσι* exhibet, denique in M *δακρυσίσι* legitur: Tychsenum scriptura *δάκρυσι* (σ superscr.) inpulit, ut *δάκρυσσι* Quinto obtruderet. Similiter sane Quinti codices in gemella forma *γέννσσι(ν)* (II 576 IV 560 V 20. 375 VI 210 XII 475) semper fere simplex *σ* adgnoscunt, nihil tamen illam varietatem ad Tychseni commentum fulciendum valere vel inde sequitur, quod in forma *νέκυσσι(ν)* (II 532 III 177 VIII 88. 336 IX 151 X 247 XI 49) scriptura *νέκυσι(ν)* numquam in eiusdem poetae libris comparet. Quodsi optimi codicis M apicibus innitendum esse concesseris, Koechlyo, formam *δακρύοισι* reponenti, adsensum non denegabis, praesertim cum eiusmodi correptio Attica a Quinti usu minime abhorreat cf. Ludwichius Jahrb. f. Philologie vol. CIX (1874) p. 237 sqq. — Unus denique locus restat, qui in iudicium vocari debeat, scilicet Gregorii Nazianzeni versus A. P. VIII 24, 5 *χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφρηγίζετο μῆτερ.* Iacobsius quidem vol. III (Addend.) p. LXV *δάκρυσσι* emendabat; attamen genuinam Theologi scripturam nostra correctione *δακρύοισι* exprimi gemella quae ex eodem auctore supra adposita sunt exempla dilucide ostendunt cf. praeterea A. P. VIII 24, 6; 48, 2; 57, 1; 64, 2; 144, 1; 183, 4, Carm. I 2 n. 1, 358 (Patrol. Gr. vol. XXXVII) p. 549, n. 14, 46 p. 759; n. 15, 77 et 78 p. 771; n. 29, 27 p. 886; Carm II 1 n. 1, 347 p. 996; n. 17, 88 p. 1268; n. 34, 168 p. 1319; n. 45, 2 p. 1353; ibid. 126 p. 1362; n. 46, 27 p. 1379; Carm. II 2 n. 1, 24 p. 1453; ibid. 238 p. 1468; n. 2, 265 p. 1499, quibus locis Gregorius Nazianzenus *δάκρυ*, *δάκρυα* (bis), *δακρύων* (terdecies), *δακρύω*, *δακρύεις*, *δακρύειν*, *δακρύσεις* syllaba *δα* correpta usurpavit; sed Carm. II 1 n. 11, 697 p. 1077 *γαστρὸς χαλινοῖς, δάκρυσι τετηκότα* pro *δάκρυσι* simplicissima ratione *δάκρυσιν* corrigo cf. n. 12, 55 p. 1170 *στένων, ἄϋπνῶν, δάκρυσιν τήκων μέλη.* — Restat, ut appendicis loco syllabae *δα* correptae exempla ex Anthologia proferam: A. P. V 145, 6 (Asclepiades); 178, 9 (Meleager); VI 316, 1 (Nicodemus Heracleota); VII 184, 2 (Parmenio); 190, 3 (Anyte sive Leonidas); 328, 1 (Incertus); 545, 4 (Hegesippus); IX 70, 4 (Mnasalcas); 159, 2 (Incertus); 367, 13 (Lucianus); XII 212, 1 (Strato); App. Plan. XVI 198, 2. 8 (Maecius); epigr. Kaibelii n. 114, 2; 152, 7; 204, 6; 207, 4; 222, 4; 256, 6; 313, 5; 314, 3; 346, 1; 354, 3; 365, 6; 367, 2; 376, 6; 493, 6; 496, 3; 550, 6; 582, 4; 626, 3; 644, 8; 664, 5; 696, 6; 707, 6; 241[a],

13; 215^{a}, 6 (Mus. Rhen. vol. XXXIV — 1879 — p. 183), 655^{a}, 7 (ibid. p. 192). — Ex aliis scriptoribus locos, qui huc spectant, adponere supersedeo; nec tamen Theognidis versum 1206 *οὔτε κατὰ βλεφάρων θερμὰ βάλοι δάκρυα* silentio praeterire possum, ubi editores certatim cum Passowio *οὔτε κατὰ βλεφάρων δάκρυα θερμὰ βάλοι* temptant. || **1 sq.** *Φιλαινί.* || *Οἶδα· φιλεῖς*] post Reiskium correxit Bothius apud Duebnerum: *Φιλαινί*, | *οἶδα, φιλεῖς* Brunckius et Iacobsius exhibent; in P et post *Φιλαινί* et post *οἶδα* C punctum adiecit; MV distinctione carent || **2** *οἶδα· φιλεῖς γὰρ ὅλως*] *οἶδα φιλοῦσαν ὅλως σ'* temere F. W. Schmidtius Krit. Stud. vol. III p. 104 coniecit, de absoluto vocis *οἶδα* usu dubitans cf. tamen Homerus Il. 1, 365 *οἶσθα· τί ἤτοι ταῦτα ἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω;* Od. 4, 465 *οἶσθα γέρον· τί με ταῦτα παρατροπέων ἐρεείνεις;* Theocritus Id. XXVII 43 *οἶδ', ἄκρα τιμίη ἐσσί· πατὴρ δέ τοί ἐστι Μενάλκας*, Marcus Argentarius A P. V 32, 1 sq. *ποιεῖς πάντα, Μέλισσα, φιλανθέος ἔργα μελίσσης·* | *οἶδα καὶ ἐς κραδίην τοῦτο, γύναι, τίθεμαι* || **3** *τοῦτον*] *τοῦτό γ'* temptabat Brunckius, *τυτθὸν* coniecit Friedemannus 'de media syllaba pentametri Graeci' (in Spitzneri libro laudato) p. 355; si quid mutandum, equidem *τόσσον* scripserim || *ἐμοὶ*] in P accentu instruxit C || *ἕτερός*] *ἕτέρός* P (scil. secundum accentum A eradere neglexit; praeterea spiritum asperum C pro leni restituit), *ἕτερος* M || **4** *φιλεῖν*] *φιλέειν* V, *φιλέην* M || *μεῖζον ἐκεῖνον*] *κεῖνον μεῖζον* MV. —

LIII. ⟨*Μελεάγρου.*⟩

⟨*Εἰπὲ Λυκαινίδι, Δορκάς· 'ἴδ' ὡς ἐπίτηκτα φιλοῦσα*⟩
ἥλως· οὐ κρύπτει πλαστὸν ἔρωτα χρόνος.

Adnotatio critica:

A. P. V 187, ubi A *μελεάγρου* scripsit. Exhibet etiam recensio Planudea (VII n. 17 f. 69^{r}) cum lemmate *τοῦ αὐτοῦ* h. e. *Μελεάγρου.* — Appendix nostra neque lemma neque versum priorem adgnoscit: in V quidem unius lineae spatium vacuum nota + signatum relinquitur, contra M nulla distinctione facta pentametrum epigrammati praecedenti adnectit, unde in codicum MV archetypo eodem modo atque in Anthologia Palatina Posidippi carmen A. P. V 186 praegressum esse elucet. — Ceterum recte distichon nostrum epigrammati A. P. V 182 praemittendum esse Wyttenbachius Biblioth. Crit. vol. I 2 (1777) p. 29 statuit.

1 ex P et Pl. supplevi ‖ εἰπὲ] correxit Iacobsius vol. III p. 93: εἶπε P et Pl. ‖ δορκάς P, sed accentum acutum eraso gravi C reposuit ‖ ἴδ' ὡς] ἴδ‿ὡς P, ubi virgula ‿ C δ et ὡ coniunxit | ἐπίτηκτα] correxit Brunckius: ἐπίκτη^τα P, ubi C ι ex ή fecit, η pro α rescripsit, nec non τα superadiecit; ἐπίκτητα Pl., ἐπίκλεπτα e Musuri libro in codice Vatic. Gr. 1416 f. 265v (et 1169 f. 28r) est adscriptum, quae lectio fortasse pro genuina haberi debet; ἐπίκηρα malit Lobeckius Pathol.-Prolegom. p. 519 ‖ **2** ἦλως] ἥλως P (ʼ A, ʻ' C) ‖ ἦλως οὐ] ὅλως· οὐ MV. —

LIV. *Παλλαδᾶ.*

Πρωτομάχου πατρὸς καὶ Νικομάχης γεγαμηκὼς
θυγατέρα, Ζήνων, ἔνδον ἔχεις πόλεμον.
Ζήτει Λυσίμαχον μοιχὸν φίλον, ὅς σ' ἐλεήσας
ἐκ τῆς Πρωτομάχου λύσεται Ἀνδρομάχης.

Adnotatio critica:

A. P. V 71, ubi A lemma, nunc quidem rasura deletum, scripserat, deinde L verba: *παλλαδᾶ ἀλεξανδρέως σκοπτικον εις γυναῖκα ζήνων* adiecit, denique C librarii (A) lemma in *τοῦ αὐ δι δὲ* mutavit signumque *ό* adposuit, quo de cf. Melet. Gr. I p. 14. — Itaque L epigramma nostrum ad Palladam auctorem rettulit, verissime, siquidem versus Palladae ingenium spirant; neque aliter de A. P. V 72 sentio, ubi totum lemma *τ αὐτοῦ επαινοῦντ τὸν ἡδὺν καὶ ἄνετον βίον* L exaravit, additamento *τ αὐτοῦ* et ipse Palladam significans. C vero utrumque carmen procul dubio Rufino vindicabat, cuius duo epigrammata in Anthologia Palatina praemittuntur, hisce lemmatis instructa: *ῥουφίνου* (A) *εἰς μαιονίδα κόρην* (L) V 69 et *τοῦ αὐτοῦ* (A) *εις ἑταῖραν εὔμορφον* (L) V 70. Quam sententiam lemmatum ratio in A. P. V 73 optime confirmat: *εἰς ροδόκλειαν τινὰ ἑταῖραν ὡραῖαν* (L) *καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἐπίγραμμα ῥουφίνου* (C). — Ceterum versus nostros lemmate *παλλαδᾶ* distinctos ex Musuri libro post epigramma A. P. XI 347 codex Vaticanus Gr. 1416 f. 246v (et 1169 f. 75r) adfert.

1 *νικομάχης*] in P accentu donavit C ‖ *γεγαμηκὼς*] *γεγαμηκώς* P a m. pr.; ipse enim A acutum rasura sustulit et gravem reposuit ‖ **2** *ἔχεις*] *ἔχειν* M ‖ **3** *μοιχὸν*] *ἐμοὶ* librario (A) nolenti pri-

mitus in P excidit; statim vero ἐ erasit et χὸν subiunxit || ἐλεήσας] ἐλέησας M || 4 λύσεται] ῥύσεται MV et codex Musuri; attamen scripturam receptam lusus, qui voce Λυσίμαχον (3) efficitur, tuetur || Ἀνδρομάχης] in P accentu instruxit C; cave ἀνδρομάχης rescribas: aliter res se habet in Palladae epigr. A. P. XI 378, 5 *οὐ δύναμαι δ' ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν.* —

Excursus ad p. 59, 27.

Non leviter ac temere, sed inita subductaque ratione quaestiunculam moveo, utrum ἐν νυκτὸς ὀνείρῳ an ἐνὶ νυκτὸς ὀνείρῳ librorum memoria innuatur. Alteri enim scripturae communis poetarum usus suffragatur, alteram Nonni leges metricae commendant, ad cuius disciplinam in versibus condendis se adplicasse videtur epigrammatis nostri auctor. — Quae cum ita sint, utriusque rationis momenta diligenter ponderari debent. Iam vero in poeticis Graecorum monumentis hanc legem valere videmus, ut in quarta versus heroici thesi, quotiescumque praepositio aut in anastropha ponatur aut medium locum inter adiectivum et substantivum occupet, semper ἐνὶ (ἔνι) praeferatur, brevior autem forma (ἐν) sollemni usu adhibeatur, ubicumque praepositio ad sequentia pertineat. Quodsi de sollemni usu loquor, mehercule non levi brachio rem ago, sed observationem e iusta poetarum lectione petitam in medium profero, quae ad liquidum confessumque perducetur, si locorum repugnantium singularem naturam numerumque exiguum respexeris. Sed ecce exempla proponuntur omnia, temporum ordine recensita:

Homerus Il. 18, 349 (= Od. 10, 360) αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ,

„ „ 23, 316 μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,

„ Od 5, 221 εἰ δ' αὖ τις ῥαίῃσι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,

„ „ 14, 501 βῆ δὲ θέειν ἐπὶ νῆας· ἐγὼ δ' ἐνὶ εἵματι κείνου,

„ „ 19, 274 ὤλεσε καὶ νῆα γλαφυρὴν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Hesiodus Op. 369 μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ,

„ „ 622 καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Ps.-Homerus Hymn. I 253 (= 293) πᾶσι θεμιστεύοιμι χρέων ἐνὶ πίονι δήμῳ.

Epigramma Atticum (scriptum ante med. saec. IV) n. 26, 3 (in Kaibelii conlectione): ἑπτὰ δὲ (l. δ') ἀποῤῥήξας λόγχας ἐνὶ σώματι ἐκείνων (l. κείνων).

Apollonius Rhodius Argon. II 334 ἔσσετ' ἐν εὐχωλῇσιν, ὅσον τ' ἐνὶ κάρτεϊ χειρῶν,

Apollonius Rhodius Argon. II 1055 ἀλλ' ὅγε χαλκείην πλατάγην ἐνὶ χερσὶ τινάσσων,
" " " IV 88 φρουρὸν ὄφιν· τύνη δὲ θεοὺς ἐνὶ σοῖσιν ἑταίροις,
" " " 186 ψαῦσαι ἐελδόμενος δέχθαι τ' ἐνὶ χερσὶν ἑῇσιν.
Marcellus Sideta de pisc. 74 ζωοῦ δ' ἑψομένου μεγάλου ἐνὶ τεύχεϊ γόγγρου.
Maximus περὶ καταρχῶν 183 εἰ δ' ἀρχὴ καμάτοιο πέλει ἐνὶ δευτέρῃ ἠοῖ,
" " " 500 σπέρματα θαρσαλέως, θεῖναί τ' ἐνὶ κλήματα γύροις.
Ps.-Orpheus Hymn. LIII 7 εὐάζων κινῶν τε χοροὺς ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις,
" Lith. 378 ὁππότι γάρ μιν πάγχυ κάμῃς ἐνὶ χείρεσι πάλλων,
" Fragm. 295, 1 (Abel) νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ.
Oppianus Cylix Halieut. IV 447 ἰκμαλέοις θυσάνοις, ἐπάγη δ' ἐνὶ χείρεσι χαλκοῦ.
" Syrus Cyneg. II 377 εἰσὶ δ' ὄϊς ξανθοὶ πυμάτης ἐνὶ τέρμασι Κρήτης,
" " " III 113 οἵην μὲν κομιδὴν τεκέων ἐνὶ κύμασι δελφίς.
Ps.-Manetho Apotelesm. II 134 Καρκίνος ἠδὲ Λέων, στάχυάς τ' ἐνὶ χερσὶ φέρουσα,
" " III 283 παρθενικὴν ἐπέτρεψεν ἔχειν ἐνὶ δώμασι νύμφην,
" " VI 220 εὖτε Σεληναίη ἀλόχῳ ἐνὶ δαίμονι λυγρῷ.
Epigramma (tertii saec. p. Chr. n.) n. 650, 5 (Kaibel): πλωτὴρ καὶ [α]ὐ[τὸς] (l. καὐτὸς) ἐὼν πόντου [τ'] ἐνὶ κύμασι[ν] ἥσθην.
Oracula Sibyllina II 282 λάθρῃ μισγόμενοι, ὅσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτους,
" " XII 31 λαμπρὸς ἀπ' οὐρανόθεν προφανῇ ἐνὶ ἤμασι μέσσοις.
Apollinarius Laodicenus Paraphr. Psalm. CXXXVIII 30 εἶδες ἄναξ μ' ἀτέλεστον ἔτι ἐνὶ γαστρὶ τεκούσης.
Gregorius Nazianzenus Carm. I 1 n. 1, 12 (Patrol. Gr. vol. XXXVII) p. 399 λαμπομένου, Μωσῆϊ νόμον τ' ἐνὶ πλαξὶ γράφοντος,
" " Carm. I 1 n. 27, 70 p. 503 δεξιτερὴν παρὰ χεῖρα, μένοι τ' ἐνὶ χείροσι λαιή.
Epigramma n. 1028, 62 (Kaibel) μυκᾶτ' ἐξ ἀδύτων· πρᾶτα δ' ἐνὶ σέλματι δούρων.

Quintus Smyrnaeus Posthom. VI 65 πέμψωμεν Σκῦρόνδε θοῶς ἐνὶ νηΐ μελαίνῃ,

" " " VIII 415 ναύτης παιπαλόεσσαν ἰδὼν ἐνὶ χεύματι πέτρην,

" " " IX 143 παίδων ἀμφὶ φίλων. Ἑλένη δ' ἐνὶ δώμασι μίμνεν,

" " " X 194 ὡς ἐτεόν περ ἄητο μέλας ἐνὶ ἠέρι καπνός,

" " " XIII 183 γηραλέου κλάσθησαν ἄδην ἐνὶ σώματι γυῖα.

Nonnus Dionys. II 363 αἰθέρος ἵστατο δῆρις, ἔην δ' ἐνὶ γούνασι Νίκης,

" " XVII 84 κλήματα γυρώσαντα φυτῶν ἐνὶ κυκλάδι βόθρῳ,

" " XLVII 69 κλάσσαι βοθριάσαι τε βαλεῖν τ' ἐνὶ κλήματα βόθρῳ,

" Paraphr. Evang. IV 199 οὐ δύναται περίπυστον ἔχειν ἐνὶ πατρίδι τιμήν,

" " " XVII 30 πάντα σέθεν γεγάασιν· ἐγὼ δ' ἐνὶ τοῖσιν ἑταίροις,

" " " XIX 215 νηλὴς ἐχθρὸς ὅμιλος· ἔην δ' ἐνὶ γείτονι κήπῳ.

Musaeus 81 ἡμετέρην παράκοιτιν ἔχων ἐνὶ δώμασιν Ἡρώ.

Agathias Scholasticus A. P. IV 4, 9 ὄλβιοι, ὧν μνήμη πινυτῶν ἐνὶ τεύχεσι βίβλων. —

Iam restat, ut adcuratius in singulos quosdam locos inquiratur! Si carmina Homerica evolveris, sex versibus supra exscriptis quattuor et quinquaginta exempla ad usum communem adcommodata opponi posse intelleges: Il. 1, 433; 2, 610; 3, 159; 4, 430; 5, 574; 6, 81. 221; 8, 221. 359; 11, 173; 13, 618. 653; 14, 385; 15, 606; 16, 437. 503. 514; 17, 514. 753; 18, 551. 556; 20, 20. 385. 435. 486; 22, 426; 23, 114; Od. 1, 267. 381. 400; 3, 463; 4, 97; 5, 6; 7, 51; 8, 461; 9, 535; 10, 290. 397. 449; 11, 115; 12, 264; 13, 298. 322; 14, 143; 15, 11. 542; 16, 129. 378; 17, 157. 526; 18, 84. 410; 19, 271; 20, 268.*) — Aequalitatem desiderat Nauckius; itaque Bekkeri suasu (Homerische

*) Cf. praeterea Od. 1, 51 νῆσος δενδρήεσσα, θεὰ δ' ἐν δώματα ναίει, ubi plerique codices falso δώμασι exhibent. Etiam hic breviorem formam ἐν adverbialiter usurpari videmus, cum verba sequentia a poeta adcuratius definiantur; contra forma ἐνὶ eodem sensu verbi praecedentis significationem inplet atque explanat Il. 14, 179 ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλὰ et Od. 8, 439 ἐξέφερεν θαλάμοιο, τίθει δ' ἐνὶ κάλλιμα δῶρα. Illius rationis tria exempla consulto seclusi: Od. 3, 40 δῶκε δ' ἄρα σπλάγχνων μοίρας, ἐν δ' οἶνον ἔχευε, 6, 77 παντοίην, ἐν δ'

Blätter vol. I p. 145) ἐν ubique in ἐνὶ mutandum esse censet, quattuor locis exceptis, quibus ἐνὶ omnino ferri non potest:

Il. 4, 430 τόσσον λαὸν ἕπεσθαι ἔχοντ' ἐν στήθεσιν αὐδήν,
13, 618 ἰδνώθη δὲ πεσών· ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων,
16, 503 ὀφθαλμοὺς ῥῖνάς θ'· ὁ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων,
20, 20 ἔγνως ἐννοσίγαιε ἐμὴν ἐν στήθεσι βουλήν.

Mihi vero longe secus videtur: scilicet etiam Il. 18, 349; 23, 316; Od. 5, 221; 10, 360; 14, 501; 19, 274 ἐν pro pristina scriptura habeo, ἐνὶ grammaticis vindico, qui vacillanti metro succurrendum esse putarint.*) Nec tamen ullis fulcris opus fuit, siquidem ad brevem syllabam ἐν positione producendam digamma valuit, quo verba εἶμα, ἦνοψ, οἶνοψ primitus instructa erant. Hartelius quidem, auctor gravissimus, in egregia de digammo Homerico disputatione (Sitzungsberichte der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften. Phil.-hist. Classe vol. LXXVIII) p. 81 argumentorum summam hanc subduxit: 'Digamma vermag consonantisch auslautende Sylben nur in der Arsis zu längen, in der Thesis bleiben sie kurz'; sed de praecepto, quod ad thesin pertinet, facere non possum, quin a viro acutissimo et doctissimo dissentiam. Omnino tota disceptatio circa quaestionem vertitur, num codicum memoria ratione potior esse debeat. Quodsi textum Homericum a grammaticis recensitum esse consideramus, qui in maxima digammi ignoratione versati, quotiescumque in arsi syllaba brevis consonanti terminata insequentis vocabuli digammo produceretur, productionem tantummodo arsis vi effectam esse existimarent, per consequentiam eo inpellimur, ut productiones digammi vi in thesi effectas antiquitus pro vitiis metricis habitas esse credamus, quae iusta excusatione carerent, easdemque iam pridem sublatas esse conligamus cf. addenda p. 126 sqq.

De Hesiodi versu Op. 622 καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ eadem valent, quae de locis Homericis adnotavimus;

ὄψα τίθει, ἐν δ' οἶνον ἔχευεν, 20, 260 πὰρ δ' ἐτίθει σπλάγχνων μοίρας, ἐν δ' οἶνον ἔχευεν. Nauckio enim adsentior, qui digammi ratione habita καὶ pro ἐν δ' reponendum esse arbitratur.

*) Neque enim de εἰν cogitare poterant, ut qui illam formam apud Homerum nisi in arsi non poni animadvertissent. Quam observationem etiam in poetas posteriores cadere obiter monere placet; nam sine haesitatione e poetarum numero versificatorem pessimae notae eicere possumus, qui hunc hexametrum panxit: ὅσσ' ἀδίκως ῥέζουσί περ, οὐδ' εἰν οὔρεσι θῆρες, nuperrime publici iuris factum a Bureschio, 'Klaros' (1889) p. 110, 11.

Op. 369 ἐνὶ in ἐν mutavit Koechlyus, ad cuius sententiam facile accedes, si reliquis locis (Theog. 285. 622. 971, Scut. 188. 292, Op. 192) tantummodo breviorem praepositionis formam occurrere reputaveris.

In hymno Ps.-Homerico vel contra codicum fidem ἐν pro ἐνὶ corrigendum esse equidem mihi persuasi. Neque enim dubitari potest, quin carminis auctor Homero versus clausulam debeat cf.

Il. 16, 437 θείω ἀναρπάξας Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ,
514 κλῦθι ἄναξ, ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ,
20, 385 Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ,
Od. 13, 322 πρίν γ' ὅτε Φαιήκων ἀνδρῶν ἐν πίονι δήμῳ,
17, 526 (= 19,271) ἀγχοῦ, Θεσπρωτῶν ἀνδρῶν ἐν πίονι δήμῳ.*)

Accedit, quod eiusdem hymni versus 121. ἁγνῶς καὶ καθαρῶς· σπάρξαν δ' ἐν φάρεϊ λευκῷ ab usu communi non abhorret. Contrariae autem sententiae nullum momentum varietas adfert, quae in hisce alterius generis exemplis conspicitur:

a) 52 Φοίβου Ἀπόλλωνος, θέσθαι τ' ἐνὶ πίονα νηόν,
172 τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ,
390 οἵ θεραπεύσονται Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ, —
b) 535 δεξιτερῇ μάλ' ἕκαστος ἔχων ἐν χειρὶ μάχαιραν. —

Apollonii Rhodii versibus duo exempla ad normam conformata opponi possunt: Argon. I 1111 βαῖνον, παυροτέρους ἑτάρων ἐν νηΐ λιπόντες et III 1264 ἀσπίδα χαλκείην μελίην τ' ἐν χερσὶ τινάσσων. Quae quidem neque genuinam repugnantium locorum lectionem coniectura recuperandam esse indicant, neque vero ipsa cum Gerhardo Lectt. Apollonian. (1816) p. 97 ad contrariam rationem necessario adcommodari debent. Videtur enim Apollonius antiquiorum poetarum usum modo observasse, modo violasse, in quarto hexa-

---

*) Versus Il. 2, 549 κὰδ δ' ἐν Ἀθήνῃς εἷσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ, cum verbis ἐνὶ πίονι νηῷ vox ἑῷ praemittatur, ad alteram classem pertinet, in qua ἐνὶ praeferri diximus. Nec tamen simplex et absoluta illius formae necessitas inpendet. Itaque usus Homericus his locis: Il. 8, 359 χερσὶν ὑπ' Ἀργείων φθίμενος ἐν πατρίδι γαίῃ, Od. 8, 461 χαῖρε ξεῖν', ἵνα καί ποτ' ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ, 14, 143 ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι, ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ, 17, 157 ὡς ἦ τοι Ὀδυσεὺς ἤδη ἐν πατρίδι γαίῃ praepositionem ἐν requirit, — Od. 24, 266 ἄνδρα ποτ' ἐξείνισσα φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ formam ἐνὶ recte adhibitam esse adgnoscit, sed haudquaquam prohibet, quominus Il. 3, 244 ἐν Λακεδαίμονι αὖθι φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ et 22, 404 δῶκεν ἀεικίσσασθαι ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ cum codicibus ἐν legatur.

metri pede dactylum potius quam spondeum consectatus. Quae cum ita sint, equidem Argon. III 507 *οὐ μὲν ἔολπα | βουλῆς εἶναι ὄνειαρ, ὅσον τ' ἐπὶ κάρτεϊ χειρῶν*, cum praepositionem *ἐπὶ* mendo laborare persuasum habeam, gemello eiusdem auctoris versu II 334 *ἐπεὶ φάος οὐ νύ τι τόσσον | ἔσσετ' ἐν εὐχωλῇσιν, ὅσον τ' ἐνὶ κάρτεϊ χειρῶν* innixus formae *ἐνὶ* formam *ἐν* anteponendam esse puto.*) In altera vero classe poeta semper *ἐνὶ* (*ἔνι*) adhibuisse censendus est: quam rationem librorum memoria bis neglegit: II 233 *μίμνειν καὶ μίμνοντα κακῇ ἐν γαστέρι θέσθαι* et 710 *Λητὼ Κοιογένεια φίλαις ἐν χερσὶν ἀφάσσει,***) tenet locis quattuor et quadraginta [I 45. 83. 148. 215. 225. 788. 1090. 1234; II 131. 151. 256. 332. 385. 435. 457. 641. 1004. 1020; III 140. 278. 549. 835.***) 852. 977. 1128. 1207; IV 236. 434. 452. 546. 972. 1000. 1091. 1093. 1139. 1144. 1162. 1285. 1479. 1485. 1500. 1502. 1728], ex quibus quattuor versus nisi longiorem praepositionis formam non admittunt:

IV 236 *ὣς ἔφατ' Αἰήτης· αὐτῷ δ' ἐνὶ ἤματι Κόλχοι,*
546 *οὐ δ' ἄρ' ὅγ' ἡβήσας αὐτῇ ἐνὶ ἔλδετο νήσῳ,*†)
1479 *τὼς ἰδέειν, ὥς τίς τε νέῳ ἐνὶ ἤματι μήνην,*
1502 *ἔνθα καὶ Ἀμπυκίδην αὐτῷ ἐνὶ ἤματι Μόψον.*

Ex nostra autem coniectura haec accedant exempla:

I 1239 *ἀγκῶν' ἔσπασε χειρί, μέσῃ δ' ἐνὶ κάββαλε*††) *δίνῃ,*
III 282 *Αἰσονίδῃ, γλυφίδας μέσσῃ ἐνὶ κάτθετο*†††) *νευρῇ,*

*) Locutionem *κάρτεϊ χειρῶν* Homero Apollonius sublegit: Il. (8, 226 et) 11, 9 *εἴρυσαν ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν* cf. praeterea Argon. I 1162 *πασσυδίῃ μογέοντας ἐφέλκετο κάρτεϊ χειρῶν* cl. III 1262 *τοῖος ἄρ' Αἰσονίδης ἐπαγαίετο κάρτεϊ γυίων.*

**) Hic tamen in codice Guelferbytano *ἐνὶ* distincte legitur.

***) Lego: *ἀργυφέην· αὐτοῦ δὲ δόμοις ἔνι δινεύουσα.* Merkelius contra codicum fidem *ἐνιδινεύουσα* edidit; at cf. III 309 sq. *ᾔδειν γάρ ποτε πατρὸς ἐν ἅρμασιν Ἠελίοιο | δινεύσας* cl. I 215 *Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν.*

†) Sic J. F. Facius Epist. Crit. p. 15 traditam scripturam *αὐτῇ ἐνεέλδετο νήσῳ* rectissime emendavit; falso Wellauer et F. S. Lehrsius *αὐτῇ ἐν ἐέλδετο νήσῳ* ediderunt, aliquot codices deterioris notae secuti.

††) Volgo *ἐνικάββαλε* scribitur; cf. tamen III 1308 *ζεύγλῃ χαλκείῃ, τὸν δ' ἐν χθονὶ κάββαλεν ὀκλὰξ* cl. IV 187 sq. *Αἰσονίδης δ' ἄλλους μὲν ἐρήτυε, τῷ δ' ἐπὶ φᾶρος | κάββαλε νηγάτεον.* Nec praetereundus est simillimus Homeri versus Od. 12, 206 *ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ*, tum Gregorii Nazianzeni locus Carm. II 1 n. 1, 535 (Patrol. Gr. vol. XXXVII) p. 1009: *κρημνοῦ ἀποῤῥήξας μεσσάταις ἐνὶ κάββαλε δίναις.*

†††) *ἐνικάτθετο* volgo.

756 ἠελίου ὥς τίς τε δόμοις ἔνι πάλλεται*) αἴγλη,
IV 188 κάββαλε νηγάτεον· πρύμνῃ δ' ἐνὶ εἵσατο**) κούρην. —

Apud Marcellum Sidetam praepositionis forma ἐνί, cum perpaucos eiusdem poetae versus aetas tulerit, aliis exemplis neque comprobari neque refelli potest; itaque rem in medio relinquo. Omnem disceptationem G. Hermanni coniectura μεγάλῳ (pro μεγάλου) tolleret, — attamen traditam lectionem optime Archestrati fragmento (apud Athenaeum VII p. 293 F): γόγγρου μὲν γὰρ ἔχεις κεφαλήν, φίλος, ἐν Σικυῶνι | πίονος, ἰσχυροῦ, μεγάλου, καὶ πάντα τὰ κοῖλα optime defendi recte monet M. Schneider Commentatt. Ribbeckian. (1888) p. 130. —

Apud Maximum v. 500 ἐνὶ pro ἐπὶ Ludwichius correxit, cui coniecturae Nonni imitatio Dionys. XLVII 69 momentum facit. Exempla vero ad usum communem adcommodata omnino non comparent.***) —

In hymno Orphico, cuius auctor saeculo primo vel secundo p. Chr. n. vixisse videtur, codicum auctoritas gemello eiusdem auctoris versu LVI 5 σβεννύμενος λάμπων τε καλαῖς ἐν†) κυκλάσιν ὥραις elevatur; quare ἐν genuinam scripturam fuisse suspicor. Nihil vero probant contrariae rationis exempla e Lithicis et Fragmentis prolata, siquidem opera illa praeter ementitum Orphei nomen cum Hymnis nihil commune habent; ceterum Lithica alterum exemplum ad normam compositum offerunt: v. 432 ἀμφὶ κυνηγεσίῃσι μένων ἐν τάρφεσιν Ἴδης, unde versu 378 ἐν reponendum videtur; in fragmento autem forma ἐνὶ anaphorae ratione excusatur.††) —

Oppianorum locos, cum contrariae rationis exempla non succurrant, tangere nolo; ceterum librorum memoria etiam in altera classe tantummodo ἐνὶ (ἔνι) adgnoscit cf. Halieut. I 407; IV 444; V 337. 629; — Cyneg. II 344; III 365. 451; IV 442. —

*) ἐνιπάλλεται volgo.

**) ἐνεείσατο volgata est scriptura; sed cf. I 788 sq. ἔνθα μιν Ἰφινόη κλισμῷ ἐνὶ παμφανόωντι | ἑσσυμένως καλῆς διὰ παστάδος εἷσεν ἄγουσα, III 49 εἷσε τ' ἐνὶ κλισμοῖσιν cl. IV 719 εἷσεν ἐπὶ (ἐνὶ?) ξεστοῖσιν ἀναστήσασα θρόνοισιν.

***) Etiam in altera classe poeta semper (300. 450. 505. 548) ἐνὶ adhibuit.

†) Wielio obsecutus Abelius citra necessitatem ἐνὶ scripsit.

††) Argonauticorum poeta ab usu volgari non discedit cf. a) 814 ἀκτῖσιν φλογέαις· σκῆπτρον δ' ἐν χερσὶν ἐνώμα, — b) 134 Μυρμιδόνος θυγάτηρ, Ἀλόπῃ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

In Manethonianis formae longioris exempla tria Koechlyus coniectura tollenda esse iudicavit; codicum memoria in libris II III VI ἐν semel adgnoscit: II 304 ταῦτα δὲ καὶ Στίλβων Ἄρεως ἐν δώμασιν ἕρδει, eodemque modo in altera classe variat: etenim ter (III 378. 406; VI 531) ἐνὶ (ἔνι) habes, ἐν semel occurrit: VI 151 οἷς δ' ἄρ' ὕπερθ' ὥρης χαλεπῷ ἐν δαίμονι καλῇ. In libro quarto, qui ad alium auctorem referri debet, breviorem praepositionis formam metri ratio reposcit v. 80 τηνίκα τοι θεόληπτος ὁ φὺς ἐν σχήματι τοίῳ et 444 τούτοις δ' Ἑρμείας φαύλοις ἐν*) σχήμασιν ὀφθείς. —

Horridus Oraculorum Sibyllinorum sermo ad artem atque praecepta revocari nequit; itaque minime mirum est, si duodecimi libri auctor iudicii expers v. 31 λαμπρὸς ἀπ' οὐρανόθεν προφανῇ ἐνὶ ἤμασι μέσσοις dixit, versum vero 139 δέξεται ὠτειλὴν μεγάλην ἐν στήθεϊ μέσσῳ ita composuit, ut tantummodo brevior praepositionis forma locum habere posset.**) Eadem est causa, cur libri secundi exemplum (v. 282), licet duo extent versus ad usum communem recte conformati: 65 παρθενίην τηρεῖν, ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν et 159 οἶκτρ' ὀλοφυρόμενοι γονέας, ἐν φάρεσι σάρκας, auctoris inconstantiae, quam librariorum incuriae adsignare malim.***) Quodsi reliquos libros respicimus, unam formam ἐν a codicibus exhiberi videmus: V 431; VIII 247; XI 143; XIII 163.†) —

Apollinarius Laodicenus, si CXXXVIII 30 εἶδες ἄναξ μ' ἀτέλεστον ἔτι ἐνὶ γαστρὶ τεκούσης excipis, semper ἐν usurpat cf. V 10; XXI 19; XLII arg. 1; XLV 4; L 19; LXX 12; CI 13; CXVIII 20; CXXXVIII 5. Unde etiam unicum qui normae repugnat locum normae adcommodandum esse concludo, praesertim cum brevior praepositionis forma ter metri ratione flagitetur, ter in versibus reperiatur, qui ad versus CXVIII 30 similitudinem proxime accedunt cf.

*) ἐν Koechlyus rectissime pro σὺν reposuit cf. III 293. 316; IV 617; V 44.

**) Versus 74 νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐνὶ ἤματος ὥρῃ ad alteram classem pertinet.

***) Ad alteram classem v. 158 αἵ, ὁπόσων παῖδες χώραις ἔνι θρηνήσονται referendus est.

†) In altera classe codices modo ἐνὶ (I 366 et IV 56), modo ἐν (I 186 et III 404) offerunt; I 352 non recte Friedliebius ita edidit: πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνὶ ποιήσονται, recte ἐνὶ cum ποιήσονται coniunxit Alexandre cf. III 74 πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνεποιήσαντο cl. II 294 ἀλλ' ὁπόταν πολλὰς κολάσεις ἐνιποιήσωνται.

a) XLV 4 *οὐδὲ μετερχομένων ὀρέων ἐν στήθεσι πόντου,*
L 19 *ἄχραντον κραδίην μοι, Ἄναξ, ἐν στήθεσι τεύχοις,*
CXVIII 20 *σεῖο, Μάκαρ, γλυκεροὺς ἐθέμην ἐν στήθεσι μύθους,—*
b) XXI 19 *αὐτὸς ἐμὸς θεός*) ἐσσι φίλης ἐν γαστέρι μητρός,*
LXX 12 *αὐτός μοι σκέπας ἦσθα φίλης ἐν γαστέρι μητρός,*
CXXXVIII 25 *ἄλκαρ ἐμὸν Μάκαρ ἐσσὶ φίλης ἐν γαστρὶ τεκούσης.*

Adde quod etiam in alterius generis exemplis apud poetam nostrum tantummodo praepositio *ἐν* extat, quae quidem sexies (XIII 1; XXXIX 20; LII 1; CXVIII 59. 101. 122) prorsus necessaria sit, semel (XXXIV 34) sine ulla varietate occurrat. Quem usum praeter Apollinarium unus Nicander Colophonius eatenus videtur observasse, ut in iusta anastropha longiorem formam admitteret, ceteris vero locis unica forma *ἐν* uteretur cf.

a) Ther. 368 *σείριος αὐήνῃσι, τρύγη δ' ἐν πυθμένι λίμνης,*
873 *φύλλα τε τηλεφίοιο, νέον τ' ἐν βότρυσι κλῆμα,*
Alexipharm. 49 *βλάστην πηγάνιόν τε πόροις ἐν βάμματι σίμβλων,*
68 *πυετίην τμήξαιο, πόροις δ' ἐν νέκταρι φύρσας,*
94 *πολλάκι σήσαμα κόπτε, πόροις δ' ἐν νέκταρι καὶ τά,*
129 *ἐμπλήδην κυκεῶνα πόροις ἐν κύμβεϊ τεύξας,*
369 *σιλφίου, ἄλλοτ' ὁποῖο, νέμοις δ' ἐν βάμματι τήξας,*
493 *ἄλλοτε δ' οἰνοβρῶτα βορὴν ἐν κυρτίδι θλίψαις,*
547 *τενθρήνης ἀναμίγδα πόροις ἐν πίοσιν ἔργοις,**)* —
b₁) Ther. 87 *εἰ δὲ σύ γε τρίψας ὀλίγῳ ἐν βάμματι κάμπην,*
667 *δράχμα χερὸς πλήσας, παύρῳ δ' ἐν νέκταρι πίνειν,*
Alexipharm. 347 *τῷ δὲ καὶ εὐκραδέος τριέτει ἐν νέκταρι μίξαις,*
Fragm. apud Athenaeum XV p. 684 A v. 52 *ἀδρύνει δὲ βλαστὰ βαθεῖ ἐν τεύχεϊ κόπρος,* —
b₂) Ther. 83 *αὖα καταψήχοιο λίπει ἔνι φύλλα κονύζης,*
519 *δραχμαίῃ μίσγοιτο ποτῷ ἔνι κιῤῥάδος οἴνης,*
Alexipharm. 142 *ἠὲ σύ γ' ἀμπελόεντα γλυκεῖ ἔνι καύλεα κόψαις,*
144 *ἠὲ μελισσάων καμάτῳ ἔνι παῦρα μορύξαις.*

Cui legi in O. Schneideri editione duo refragantur versus: Alexipharm. 54 *ἠὲ καὶ ἀργυρόεν θολερῷ ἐνὶ πώματι βάπτεις* et 315 *ῥεῖα, θρομβοῦται δὲ μέσῳ ἐνὶ τεύχεϊ γαστρός*; attamen altero loco *Π*, omnium librorum praestantissimus, scripturam *ἐν* exhibet, altero equidem *ἐνὶ* in *ἐν* mutandum esse mihi persuasi. —

*) Legendum videtur: *αὐτὸς ἐμὸν σκέπας ἐσσὶ κτλ.*

**) Ther. 368, Alexipharm. 49. 68 *ἐν* pro *ἐνὶ* ex optimis codicibus O. Schneider reposuit.

Gregorius Nazianzenus in hexametris pangendis omnes leges susquedeque habuit; eius igitur exemplis diutius inmorari nolo, praesertim cum in tanta versuum mole vix duo versus occurrant ad communem usum conformati: Carm. II 2 n. 1, 157 (Patrol. Gr. vol. XXXVII) p. 1463 ἀλλὰ τὰ μὲν κρατεροῖο Θεοῦ ἐν χείρεσι κείσθω et n. 7, 299 p. 1574 ἀλλὰ τὸ μὲν μεγάλοιο Θεοῦ ἐν γούνασι κείσθω. Ceterum ἐν pro ἐνὶ etiam his locis adcommodatius foret, quibus tmesis statuenda est: Carm. I 2 n. 1, 688 p. 573 εἴργουσιν· γαμέει δὲ καὶ ὅς ἐνὶ φάσγανον ἧκε | δυσμενέος πλευρὴν (recte Coisl. et tres codices Regg. πλευρῇ exhibent) μοιχοκτόνον et II 2 n. 3, 58 p. 1484 καὶ μήτηρ τεκέεσσιν ἑοῖς ἐνὶ φάσγανον ἧκεν. —

In Quinti Smyrnaei Posthomericis forma ἐνὶ semel (X 194) metro munitur; itaque vereor, ut Koechlyi sententia probari possit, praepositionem ἐν reponentis VI 65, VIII 415, IX 143.*) Wernickii vero rationem, qui ἐνὶ semper a poeta scriptum esse adfirmat (ad Tryphiodor. 153 p. 174), adeo non probo,**) ut eandem et arbitrariam et falsam esse iudicem. Nam communem poetarum usum Quintus est secutus, cum breviorem formam hisce locis adhibuit:

I 246 κάτθανε καρπαλίμως σφετέρων ἐν χερσὶν ἑταίρων,
287 καὶ τοὺς μὲν κατέπεφνε Μέγης ἐν δηϊοτῆτι,
II 165 ἀθάνατοι δαίνυντο· πατὴρ δ' ἐν τοῖσι Κρονίων,
VII 71 ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
VIII 436 οὐδ' ἄρ' ἀπολλυμένην γενεὴν ἐν δηϊοτῆτι,
X 222 ὃν τέκεν Ἀμφιάλη Ῥοδίων ἐν πίονι γαίῃ. —

Sed iam res eo deducta est, ut perorari possit, quatenus poetae Nonno superiores spectentur. — Igitur formae ἐνὶ exemplis circumspectis perpauca restare intellegimus, quae argumentis ad obrussam exactis rata haberi possint. Quae cum ita sint, et

---

*) Sed XIII 183 ἐπὶ σώματι pro ἐνὶ σώματι recte videtur correxisse.

**) Probavit in editione Didotiana F. S. Lehrsius, qui tantopere e Wernickii arbitrio pendet, ut locum ab illo praetermissum (scil. X 222) et ipse intactum reliquerit. — Probabilius in altera classe Wernickii legem apud Quintum valere statuas cf. I 816; II 15; III 475; VI 158. 319. 518; VII 62. 268; VIII 297; IX 198; X 376; XII 570; XIII 276. 332. Unus versus obstat: IV 559 ταρφέα πεπληγώς, ἑτέρῃ δ' ἐν χειρὶ τινάσσων, sed coniecturae Wernickianae locus simillimus XII 570 ἔσσυτο μαιμώωσ'· ἑτέρῃ δ' ἐνὶ χειρὶ φέρεσκεν suffragatur. Koechlyus autem quibus rationibus adductus IV 559 cum Wernickio ἐνὶ sustulerit, XII 570 ἐνὶ ex suo inportaverit, equidem non expiscor.

Rubensohni emendationem, apud Crinagoram A. P. IX 239, 1 *βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε* confidenter *ἐνὶ* reponentis, ad inritum redigi sequitur, et apud Incertum A. P. VII 279, 3 *ναυηγοῦ τὸ μνῆμα. Τί τῆς ἐνὶ κύμασι λώβης* pro Planudis scriptura *ἐνὶ* codicis Palatini lectionem *ἐν* substituendam esse in oculos incurrit. —

Venio nunc ad Nonni exempla, quorum is est habitus, ut et expendi potius debeant quam numerari et peculiare iudicium exposcant. Ac parvo quidem exemplorum numero inde pondus accedit, quod neque ex Dionysiacis neque e Paraphrasi Evangelii contrariae rationis testimonia proferri possunt, momentum vero rei versus Nonniani structura facit, quippe quae poetam non casu fortuitoque, sed bono consilio ab usu communi recessisse doceat. Hanc enim legem in hexametris pangendis Nonnus sibi statuit, ut in confiniis verborum, quorum alterum terminaretur consonanti, consonanti inciperet alterum, brevis syllaba in consonantem exiens thesin spondiacam tantum in pede primo efficeret, in pedibus reliquis a thesi omnino excluderetur. Sane sexies poeta Panopolitanus extra cancellos, quos sibi circumdedit, egredi est ausus:

Dionys. X 412 *ὁππόσον ἱστοπόνοιο κανὼν πρὸς στήθεϊ κούρης,*
„ XXXVI 282 *Δωγασίδην θ', ὃς μοῦνος, ἐπεὶ σοφὸς ἔσκε μαχήτης,*
„ XLVII 621 *δῆριν ἄγεις, ὃς Ζηνὸς ἔχει γένος, ᾧ ποτε μούνῳ,*
Paraphr. Evang. IX 57 *κεῖνος ἀνήρ, ὃς Χριστὸς ἀκούεται, ὅντινα λαοί,*
„ „ XIII 1 *καὶ ναέταις πρὶν πάσχα μολεῖν, πρὶν βωμὸν ἀνάψαι,* *) —

nihil tamen eiusmodi exceptiunculae ad legem ipsam labefactandam et evertendam valent. Haec si tenemus, quae mihi quidem non videntur posse convelli, praepositionis formam *ἐνὶ* certo iudicio a Nonno usurpatam esse perspicitur; itaque recte Koechlyus Dionys. XVII 84 Graefii coniectura *ἐν κυκλάδι* in rectam emendandi viam inductus *ἐνὶ κυκλάδι* pro corrupta librorum memoria *εὐκληδέϊ* reponendum esse statuit, — perperam Ludwichius (Beiträge zur Kritik des Nonnos von Panopolis p. 111) praeter Maximi versum (*περὶ καταρχῶν* 500) *σπέρματα θαρσαλέως, θεῖναί τ' ἐνὶ κλήματα γύροις* nihil obstare censet, quominus Dionys. XLVII 69 *ἐν* ('die freilich einfache Änderung'), G. Hermanni commentum (ad Orph. p. 762), in textum recipiatur.

---

*) Fortasse scribendum: *καὶ πρὶν πάσχα μολεῖν ναέταις καὶ βωμὸν ἀνάψαι.*

Ad pedem primum haec exempla pertinent:

Dionys.	III	21	ἱστὸς δ' ὑψικάρηνος ὑπέρτερον ἠέρα τύπτων,
„	IV	26	καί μιν πάντα δίδαξεν, ὅσα βροτοειδέϊ μορφῇ,
„	V	127	Ζεὺς μὲν πάντα τέλεια· κασιγνήτην δὲ γεραίρων
„		162	τῇ μὲν ξανθὸς ἴασπις ἐπέτρεχε, τῇ δὲ Σελήνης,
„	VI	13	πάντας μὲν τρομέεσκε, τὸ δὲ πλέον ὄμπνια μήτηρ,
„		88	σφαῖραν ποικιλόνωτον· ἀνειρομένῃ δὲ θεαίνῃ,
„		137	τὸν μὲν δεξιτεροῖο παρὰ πρηῶνα θυρέτρου,
„	VIII	193	τὴν μὲν Πειθιάνασσα καθίζανεν ὑψόθι δίφρου,
„		261	οὐ μὲν χρύσεα δῶρα μακαρτάτη ᾔτεε νύμφη,
„	XII	49	Ζηνὸς ψευδομένοιο νόθον δέμας εἰλαπινάζων,
„	XIII	378	τόσσος λαὸς ἔην ἑκατόμπολις· ἐρχομένης δέ,
„	XIV	78	ἄλλος δ' Ἠυγένειος ἀκούετο θεσπέσιος Πάν,
„		173	ὕπνον θελγομένων φυλάκων ἐπέχευε καρήνῳ,
„		204	αἳ μὲν Μηονίης ἀπὸ ῥωγάδος, αἳ δὲ κολώνης,
„	XV	400	πότμον μισθὸν ἔδωκε, ποθοβλήτου δὲ νομῆος,
„	XVI	67	αὐτὸς δῶρα γάμων, αὐτὸς πόσις, ὄφρα χορεύσω,
„		175	ὃς μὲν τόξον ἔχων, ὃ δὲ φάσγανον ἕδνον ἐρώτων,
„	XXI	46	ἰχθὺς*) βαιὸς ἄναλκις ἐπέχραε πολλάκι ναύταις,
„	XXIII	53	τοὺς μὲν κτεινομένους δολιχῷ δορί, τοὺς δὲ μαχαίρῃ,
„		316	Τηθύς,**) καὶ σύ, θάλασσα, κορύσσεο· ταυροφυῆ γάρ,
„	XXIV	25	ἣ μὲν ναιετάει διερὸν δρόμον, ἣ δ' ἐνὶ λόχμαις,

*) Et hic et Paraphr. Evang. XXI 74 thesin spondiacam positione effectam esse suspicor, etsi volgo oxytona substantiva quae in υς desinunt et nominativi et accusativi ultimam syllabam producunt. Quam rationem ab usu communi alienam ut poetae Panopolitano inputem, vocis νηδὺς mensura potissimum adducor, quae Dionys. XLVI 318 εἰμὶ νέκυς Πενθῆος, ὁδοιπόρε· νηδὺς Ἀγαύης occurrit. Ceterum forma ἰχθὺν trochaei vice etiam apud Ps.-Theocritum Id. XXI 49 πῶς κεν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις, Gregorium Nazianzenum Carm. I 1 n. 8, 39 (Patr. Gr. vol. XXXVII p. 449) θῆρα, φυτόν, βροτόν, ὄρνιν, ὄφιν, κύνα, ἰχθὺν ἔτευξαν, II 1 n. 34, 196 (ibid. p. 1321) τὸν δ' ὑποδεξάμενον ἰχθὺν ἔδησε λίνον fungitur, nec male apud Matronem Pitanaeum Conv. 35 (apud Athenaeum IV p. 135 C) ἣ μόνη ἰχθὺς οὖσα τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδε librorum memoriam ἐοῦσα locis Homericis Il. 19, 97 Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα et 23, 409 Αἴθη θῆλυς ἐοῦσα tuetur Paessens apud Brandtium 'Parodorum epicorum Graecorum et Archestrati rell.' (1888) p. 78; cf. praeterea verbum ἰχθύδιον antepenultima brevi elatum apud Archestratum, Matronis aequalem, fr. XLV 15 (Brandt) τῶν δὲ πετραίων ἰχθυδίων τῶν τριςκαταράτων et Lucianum A. P. XI 405, 6 θηρεύει τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

**) Etiam hic syllabam finalem positione productam esse censeo. — Certum mensurae trochaicae exemplum in Theogoniae Orphicae versu habes, quem Plato Cratyl. p. 402 B memoriae tradidit (fr. 32, 2 Abel): ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

Dionys. XXIV 135 ἡ μὲν νεβρὸν ἔβαλλεν ἀελλόπον· ἡ δὲ λαθοῦσα,
„ 332 οἳ μὲν δαιδαλέης ἐπὶ νεβρίδος, οἳ δ' ἐπὶ φύλλων,
„ 338 ἄλλος δ' ἵππον ἔνυξε κατ' αὐχένος, ὃς δὲ δαΐζων,
„ 340 ἄλλος δ' ἠερόφοιτον ἑὸν βέλος ὑψόσε πέμπων,
„ XXV 363 οὐ γὰρ πρὶν πολέμου τέλος ἔσσεται, εἰςόκε χάρμης,
„ 388 ἐν μὲν γαῖαν ἔπηξε περίδρομον, ἀμφὶ δὲ γαίῃ,
„ XXVI 96 τοὺς μὲν Φρίγγος ἵκανε καὶ Ἄσπετος εἰς μόθον ἕλκων,
„ XXX 133 οὐ γὰρ Τέκταφον εὗρε δόλος θνήσκοντα σαῶσαι,
„ XXXIV 154 οὐ γὰρ Χαλκομήδεια συνέμπορος ἔσσυτο Βάκχαις,
„ 172 οὐ γὰρ δῶρον ἔδεκτο γαμήλιον ὄρχαμος Ἰνδῶν,
„ 241 ξεῖνος δεσμὸς ἔχει με, καὶ οὐκέτι ταρσὸν ἀείρω,
„ XXXVI 5 (= XXXIX 380) οἳ μὲν Δηριαδῆος ἀρηγόνες, οἳ δὲ Λυαίου,
„ XXXIX 156 ἄλλος δ' ἀντιβίοισιν ἀριστερὸς ὄρνις ἱκέσθω,
„ XL 233 θρῆνον πουλυκάρηνον ἐφημίξαντο Μεδούσης,
„ XLIII 179 οὐ γὰρ Δηριάδης σε μένει πρόμος, οὐ Λυκοόργου,
„ XLVI 242-244 οἷον θῆρα δάμασσας ἐχέφρονα, τέκνον Ἀγαύη;
„ οἷον θῆρα δάμασσας, ὃν ὑμετέρη τέκε γαστήρ;
„ οἷον θῆρα δάμασσας, ὃν ἐσπέρμηνεν Ἐχίων;
„ XLVII 406 στῆσον Ναξιάδεσσι παρ' ἠόσι ποντοπορεύων,
„ 676 Ζηνὸς γνήσιον αἷμα, νόθος ζηλήμονος Ἥρης,
„ XLVIII 467 τὴν μὲν λειπομένην ἐνὶ πατρίδι, τὴν δ' ἐνὶ γαίῃ,
Paraphr. Evang. I 20 οὐ μὲν κεῖνος ἔην νοερὸν φάος, ἀλλ' ἵνα μοῦνον,
„ „ 146 ἦμαρ κεῖνο τέλεσσαν ἔσω Χριστοῖο μελάθρου,
„ „ II 102 κεῖνος νηὸν ἔειπεν ἑοῦ χροός, ὅντινι θεσμῷ,
„ „ III 9 ῥαββὶν ποικιλόμυθε, θεοφραδὲς ἴδμεν ὀπωπαῖς,
„ „ 163 οὐ γὰρ μέτρα λόγοιο φέρει λόγος, ἀλλά οἱ αἰεί,
„ „ IV 37 ποῖον ξυνὸν ἔην Σαμαρείτιδι καὶ σέο φύτλῃ;
„ „ 149 ῥαββίν, δέχνυσο ταῦτα καὶ ἔσθιε· κινυμένης δέ,
„ „ V 79 ὥςπερ γὰρ γενέτης νέκυας μετὰ πότμον ἐγείρει,
„ „ 99 sq. παιδὸς τηλυγέτοιο φερεζώοιο τοκῆος.
„ „ ὥςπερ γὰρ γενέτης μεθέπει παμμήτορα κόσμου,
„ „ VI 17 αὐτὸς γὰρ δεδάηκε, τόπερ καὶ ἔμελλε τελέσσαι,
„ „ 136 οὗτος γὰρ πέλεν ἄρτος, ὃς οὐρανόθεν καταβαίνων,
„ „ 228 οὗτος γάρ μιν ἔμελλε πορεῖν ζωαρκέϊ πότμῳ,
„ „ VII 16 οὐ γάρ τις μερόπων ὑποκόλπιον ἔργον ὑφαίνει,
„ „ 117 μὴ γὰρ Χριστὸς ἄναξ λαοσσόος, εἴποθεν ἔλθῃ,

Paraphr. Evang. VII 143 εἴ τις δίψαν ἔχει θυμοφθόρον, εἰς ἐμὲ βαίνων,
" " IX 143 αὐτὸς λυσινόμοιο πέλεις κείνοιο μαθητής,
" " 146 τοῦτον δ' οὐκ ἐδάημεν· ἀνὴρ δ' ἠμείβετο μύθῳ,
" " 161 καί μιν μυστιπόλοι φθονερῇ στυφέλιξαν ἰωῇ,
" " XI 21 Μάρθαν καὶ Μαρίην καὶ Λάζαρον· ἐν δ' ἄρα χώρῳ,
" " 79 γνωτὸς σὸς παλίνορσος ἐγείρεται· ἀμβροσίης δέ,
" " 148 οἱ μὲν λᾶαν ἄειραν· ἄναξ δ' ἀντώπιος ἄστρων,
" " XIV 113 ξυνὸν χάρμα φέροντες, ὅθι χθονὸς οὖδας ἐάσας,
" " XVII 19 μῦθον σεῖο φύλαξαν· ἐπεφράσσαντο δὲ θυμῷ,
" " 46 ξυνὸν χάρμα φέροιεν ἐμοῖς τετελεσμένον ἔργοις,
" " XVIII 167 ἔργον ποῖον ἔρεξας· ἄναξ δ' ἀντίαχε μύθῳ,
" " XX 40 οὐ γάρ πω δεδάασι δύω Χριστοῖο μαθηταί,
" " 98 ἁγνὸν πνεῦμα δέχεσθε, καὶ ὧν μερόπων ἐνὶ γαίῃ,
" " XXI 43 γυμνὸν γὰρ δέμας εἶχεν ἐς ἠόνα δίκτυον ἕλκων,
" " 58 ὄψον, καὶ νέον ἄρτον· ἄναξ δ' ἐκέλευε μαθηταῖς,
" " 74 ἰχθὺν καὶ νέον ἄρτον· ἑοῖς δ' ἐκέλευε μαθηταῖς,
" " 134 εἴ μιν δεῦρο μένειν ἔτι βούλομαι, εἰσόκεν ἔλθω.

Quem indicem cum conficerem, consulto periochas metricas singulis Dionysiacorum libris praemissas seclusi, quae quattuor versus ad eandem normam compositos offerunt: Arg. XXXVI 2 *Βάκχος Δηριαδῆϊ κορύσσεται εἶδος ἀμείβων*, XLI 1 *πρῶτον τεσσαρακοστὸν ἔχει πόθον· υἱέϊ Μύῤῥης*, XLV 1*) *πέμπτον τεσσαρακοστὸν ἐπόψεαι, ὁππόθι Πενθεύς*, XLVI 1 *ἕκτον τεσσαρακοστὸν ἴδε πλέον, ᾗχι νοήσεις*, — deinde versiculum omisi a Bordato insertum Paraphr. Evang. XVIII 133 *τῆμος δ' ἀμβροσίης νυκτὸς σκοτόεσσαν ὁμίχλην*, tum quinque Paraphrasis locos: VIII 107 *Ἀβραὰμ ξεινοδόκοιο· θεημάχος ἐστὲ γενέθλη*, 165 *Ἀβραὰμ μὴ σὺ πέλεις θεοπειθέος αὐτὸς ἀρείων*, 186 *Ἀβραὰμ πουλυέτηρον ἐσέδρακες; εἶπε καὶ*

*) Cf. Herm. vol. XII (1877) p. 299.

αὐτός, 187 Ἀβραὰμ πρὶν γένος ἔσχεν, ἐγὼ πέλον· αἰνομανὴς δέ, XIX 90 Ἀδὰμ πρωτογόνοιο φερώνυμον ἄντυγι κόρσης, siquidem et in nomine Ἀβραὰμ et in voce Ἀδὰμ ultimam syllabam pro longa habendam esse mihi persuasi*), denique Paraphr. Evang. VII 163 Δαβὶδ δ' ἀρχεγόνου βασιλήϊον αἷμα κομίζων et Dionys. XI 96 πένθος μῖξε γέλωτι, καὶ ἄστατον εἶχε μενοινήν, — etenim illic post Δαβὶδ cum Scheindlero δ' eiciendum, hic πένθεϊ μῖξε γέλωτα cum Hilbergio**) emendandum, qui genuinam lectionem in codicis Laurentiani (Plut. XXXII n. 16) scriptura***) πένθει μῖξε γέλωτα latere recte perspexit. Simillimus quidem locus Dionys. XLVI 270 μίξας δάκρυ γέλωτι νόον μετέθηκεν Ἀγαύης occurrit†), sed momentum rei hexametri Nonniani ratio metrica facit, quae quidem doceat, etiam in primo versus pede semper necessitate inposita, numquam iudicio et voluntate thesin spondiacam brevis syllabae productione effici. Quodsi poeta πένθος ἔμιξε γέλωτι scripsisset, Charybdi vitata in Scyllam incidisset; vox enim amphibrachyos mensuram obtinens in secundo hexametri pede aegre fertur. Quae observatio causam reddit, cur Dionys. IV 26 et V 127 forma ἅπαντα††), Paraphr. Evang. I 20 et 146 formae ἐκεῖνος et ἐκεῖνο†††) locum habere non possint. — Nec sine iusta causa Dionys. XXXIV

*) Certe Ἀβραὰμ ante vocales spondei mensuram quinquies habet: Paraphr. Evang. VIII 83. 99. 110. 111. 160.

**) Das Princip der Silbenwägung und die daraus entspringenden Gesetze der Endsilben in der griechischen Poesie (1879) p. 169*.

***) Cf. Ludwichius Herm. vol. XII p. 290.

†) Ceterum codicis Laurentiani memoriae duo Nonni versus adsimulari possunt: Dionys. XLVI 241 μίξας δάκρυσι μῦθον ἀμείβετο πενθάδι φωνῇ et XLVII 273 θαύματι μῖξεν ἔρωτα· χοροπλεκέεσσι δὲ Βάκχαις.

††) De industria tamen ἅπας, non πᾶς Nonnus adhibuit Paraphr. Evang. XXI 17 ἑσμὸς ἅπας· καὶ πυκνὰ παλιμπετὲς ἄχνυτο Σίμων. — Sed amphibrachyn in pede secundo reformidans semper plena forma abiecta contra usum suum in pede primo spondeos dactylis praetulit cf. e. gr. Dionys. XXIII 114 εἰ μὴ πάντας ἔπεφνεν ἑῷ ταμεσίχροϊ θύρσῳ, Paraphr. Evang. III 46 οὕτω παντὸς ἔφυ τύπος ἀνέρος ἐκ πυρὸς ὑγροῦ, 166 καί οἱ πάντα φέρειν παλάμῃ πόρεν ὃς δέ κεν εἴη, IV 234 καί οἱ πάντες ἔλεξαν ὁμήλυδες ἠδέϊ μύθῳ, XVI 110 καί οἱ πάντα μαθόντες ἐπεφθέγξαντο μαθηταί, XVIII 102 οὗτοι πάντες ἔασιν ἐμῆς ἐπιμάρτυρες αὐδῆς, XIX 126 λαχμῷ πάντες ἴδοιμεν ἀδηρίτῳ, τίνος ἔσται. Eadem denique ratio poetam inpulit, ut Dionys. XXXVIII 416 γαῖα δὲ πᾶσα γέλασσε τὸ δεύτερον· ἠερόθεν δὲ scripturam δ' ἅπασα respueret.

†††) Scheindler librorum lectionem ἐκεῖνο intactam reliquit, ego Wernickii et Ludwichii emendationem recipiendam esse duxi. Similiter causa perlucet, cur Paraphr. Evang. VIII 126 αἰεὶ κεῖνος ἔην ἀνδροκτόνος, ἐξότε κόσμου Nonnus αἰεὶ κεῖνος, non αἰὲν ἐκεῖνος scripserit.

241, Paraphr. Evang. I 20, IV 37, VII 117. 143 Nonnus spondeos retinuit, quamquam sine ullo sensus detrimento tolli poterant singulis verbis hoc modo leviter transpositis:

ξεῖνος ἔχει δεσμός με, καὶ οὐκέτι ταρσὸν ἀείρω
(Dionys. XXXIV 241),
οὐ μὲν ἔην κεῖνος νοερὸν φάος, ἀλλ' ἵνα μοῦνον
(Paraphr. Evang. I 20),
ποῖον ἔην ξυνὸν Σαμαρείτιδι καὶ σέο φύτλῃ; (ibid. IV 37),
μὴ γὰρ ἄναξ Χριστὸς λασσόος, εἴποθεν ἔλθῃ (ibid. VII 117),
εἴ τις ἔχει δίψαν θυμοφθόρον, εἰς ἐμὲ βαίνων (ibid. VII 143).

Rarissime enim apud poetam Panopolitanum vocis trochaicae syllaba finalis positione producta arsin occupat.*) — His igitur locis Nonnus spondei evitandi occasione uti non potuit; ubicumque autem eligendi arbitrium ei permissum erat, numquam facultatem praetermisit, ut thesin spondiacam positionis vi effectam propulsaret. Exempli causa versus adponere placet, quibus illam spondei conformationem plenioribus formis ἐμοὶ et ἐμὲ adhibitis poeta effugisse censendus est:

Dionys. I 428 καλὸν ἐμοὶ βροτὸν ἄνδρα μετὰ Κρονίωνα διώκειν,
„ II 320 αὐτὸς ἐμοὶ Φαέθων ἰδίης φλογὸς ἀψάμενος πῦρ,
„ IV 38 ποῖον ἐμοί ποτε δῶρον ὁ ναυτίλος ἐγγυαλίξει;
„ VI 321 ἄλλον ἐμοὶ πλόον εὗρεν ὑπέρτερον ὑέτιος Ζεύς,
„ VII 302 ζεῦξον ἐμοὶ τεὸν ἅρμα, φαεσφόρε καὶ σὺ Σελήνη,
„ 306 λάμψον ἐμοὶ ποθέοντι σὺν ἀστέρι Κυπρογενείης,
„ VIII 333 καλὸν ἐμοὶ πόρες ἕδνον ὀνείδεα θηλυτεράων,
„ 379 αὐλὸς ἐμοὶ κτύπος οὗτος Ὀλύμπιος, αἰθερίης δέ,
„ X 130 εἶξον ἐμοί· Κρονίδην γὰρ ἐμῆς ἀροτῆρα γενέθλης,
„ 204 δεῖξον ἐμοὶ πτερὰ κοῦφα καὶ ἔμπνοα ταρσὰ πεδίλων,
„ 210 ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, θεῷ βροτός· οὐ γὰρ ἐλέγξει,
„ 281 μοῦνος ἐμοὶ νέος οὗτος ἐπήρατος ἵλαος εἴη,
„ 292 νεῦσον ἐμοὶ φιλέοντι μίαν χάριν, ὦ Φρύγιε Ζεῦ,
„ 304 μοῦνον ἐμοί, φίλε . . . . ,
„ 305 καλὸν ἐμοὶ Σεμέλης στεροπὴν ὀλέτειραν ἀείρειν,
„ XI 186 εἶξον ἐμοί, κερόεσσα βοῶν ἐλάτειρα Σελήνη,
„ XII 245 εἶξον ἐμοί, Κλυτότοξε, πολυθρήνων ὅτι φύλλων,
„ XIII 221 καλὸν ἐμοὶ πόρες ἕδνον ἐμὸν γενετῆρα δαμάσσας,

*) Cf. Hilbergius, das Gesetz der trochaeischen Wortformen im dactylischen Hexameter und Pentameter der Griechen vom 7. Jahrh. v. Chr. bis zum Untergang der griechischen Poesie (1878) p. 6 sqq.

Dionys. XV 344 μοῦνον ἐμοὶ φθιμένῳ γλυκερὴν περίχευε κονίην,
„ 357 βαιὸν ἐμοὶ χέε δάκρυ, τόσον μόνον, ὅσσον ἐέρσαις,
„ XVII 273 στῆσον ἐμοὶ σέο δίφρα, καὶ ἔννεπε Δηριαδῆϊ,
„ XIX 8 sq. δισσὸν ἐμοὶ βαρὺ πένθος ἐπέχραεν· ἀμπελόεις μὲν
„ Βάκχος ἐμὲ προλέλοιπε, πόσις δ' ἐμὸς ἔμπεσε νούσῳ,
„ 15 ἐλπὶς ἐμοί, Διόνυσε φιλεύιε, μοῦνον ὀπώρην,
„ 23 ἦλθες ἐμοί, φίλε Βάκχε, φίλον φάος· οὐκέτ' ἀνίη,
„ 23** ἦλθες ἐμοί, φίλε Βάκχε, φίλον φάος· ὑμετέρῳ δέ,
„ XX 76 ἰὸν ἐμοὶ τανύουσαν ἐῶν χραισμήτορα λέκτρων,
„ XXI 262 μοῦνοι ἐμοὶ γεγάασι θεοὶ καὶ Γαῖα καὶ Ὕδωρ,
„ XXV 127 καλὸν ἐμοὶ πόρες ἕδνον Ὀλύμπιον· ἀστερόεν γάρ,
„ 261 πνεῦσον ἐμοὶ τεὸν ἆσθμα θεόσσυτον· ὑμετέρης γάρ,
„ XXVII 176 εἰ μὲν ἐμοὶ γόνυ δοῦλον ὑποκλίνειεν Ὑδάσπης,
„ XXIX 116 ποῖον ἐμοί ποτε πένθος, ἐϋῤῥαθάμιγγος ὀπώρης,
„ XXXI 159 τρέψον ἐμοὶ τεὸν ὄμμα, καὶ ἑπταπύλῳ παρὰ Θήβῃ,
„ 182 μοῦνον ἐμοί πτερὰ πάλλε, καὶ ἀκλινέων ἐπὶ λέκτρων,
„ 266 καλὸν ἐμοί, Διόνυσον ἰδεῖν κατὰ μέσσον Ὀλύμπου,
„ XXXIV 207 μοῦνον ἐμοὶ πεφύλαξο δορικτήτης πόθον εὐνῆς,
„ 332 μοῦνον ἐμὲ στενάχιζε δεδουπότα· μυρομένης δέ,
„ XXXV 75 δεῖξον ἐμοί βοτάνην ζωαρκέα, δεῖξον ἐκείνην,
„ 312 μοῦνον ἐμοὶ πεφύλαξο Διὸς φιλότεκνον ἀπειλήν,
„ XL 133 δεῖξον ἐμοί τινα παῖδα, παρήγορον ἀνδρὸς ἀνίης,
„ XLV 257 καλὸν ἐμοὶ Διόνυσον, ὃν ἤροσε λάθριος εὐνή,
„ XLVI 236 οὐ γὰρ ἐμοὶ λάχες εὖχος ὁμοίιον, ὑμετέρου δέ,
„ XLVII 320 ὕπνος ἐμοὶ γλυκὺς ἦλθεν, ἕως γλυκὺς ᾤχετο Θησεύς,
„ 407 στῆσον ἐμοὶ σέο νῆα· τί, ναυτίλε, καὶ σὺ χαλέπτεις;
Paraphr. Evang. I 120 ὅςτις ἐμὲ προέηκε παλιγγενέων δέμας ἀνδρῶν,
„ „ II 90 ζῆλος ἐμὲ ζαθέοιο τεοῦ καταδαίνυται οἴκου,
„ „ IV 140 ὅςτις ἐμοὶ φάτο πάντα, τάπερ κάμον· ἦ ῥά νυ Δαβίδ,
„ „ V 42 οὗτος ἐμοὶ κατέλεξεν ἀερτάζειν καὶ ὁδεύειν,
„ „ 146 ὅςτις ἐμὲ προέηκεν ἀπ' αἰθέρος· ἀλλὰ καὶ αὐτός,
„ „ 149 ὅςτις ἐμὲ προέηκε· καὶ ἔνθεον οὔποτε μορφήν,
„ „ VI 184 σκληρὸς ἐμοὶ λόγος οὗτος, ὃν ἔννεπε· καὶ τίς ἀκούειν,
„ „ VII 60 ὅςτις ἐμὲ προέηκεν· ἀνὴρ δέ τις ἢν ἐθελήσῃ,
„ „ 88 πάντες ἐμοὶ βαρύμηνιν ἐγείρετε κόμπον ἀπειλῆς,
„ „ XII 179 ὅςτις ἐμὲ προέηκε· καὶ ἀνδρομέῃσιν ὀπωπαῖς,
„ „ 200 ὥςπερ ἐμοὶ κατέλεξε πατὴρ ἐμός, ὣς ἀγορεύω,

Paraphr. Evang. XIII 111 *οὗτος ἐμὲ προδίδωσι· καὶ εἰς δέπας ἔμπλεον οἴνου,*

„ „ XIV 39 *δεῖξον ἐμοὶ γενετῆρα, τὸν ἔδρακες εἰς ἐμὲ λεύσσων,*

„ „ 41 *ξυνὸς ἐμοὶ λαλέοντι πατὴρ ἐμὸς ἔργον ὑφαίνει,*

„ „ XV 72 *πρῶτον ἐμὲ στυγέεσκε· καὶ εἰ χθονίων τύπον ἀνδρῶν,*

„ „ 102 *αὐτὸν ἐμὲ στυγέουσι καὶ ὑψιμέδοντα τοκῆα,*

„ „ 105 *προικὸς ἐμὲ στυγέεσκον· ἐπὴν δ' ἐπιδήμιον ἔλθῃ,*

„ „ 110 *καὶ γὰρ ἐμοὶ παρεόντες ὁμόφρονές ἐστε μαθηταί,*

„ „ XVI 121 *μοῦνον ἐμὲ προλιπόντες· ἐγὼ δ' ὅτε λαὸς ἱκάνει.* *)

Sed fortasse quispiam dixerit, non singularem spondei structuram omnibus illis locis vitatam esse, sed omnino Nonnum optione data, utrum spondeos an dactylos ponere mallet, in primo versus pede pro sua consuetudine**) priores dactylis detulisse. Graviora

---

*) Paraphr. Evang. X 137 (= XIV 43) *ὡς ἐν ἐμοὶ τελέθει γενέτης ἐμός, ὅττι καὶ αὐτὸς* et XVII 67 *ὡς ἐν ἐμοὶ τελέθεις, καὶ ἐγώ, πάτερ, ἐν σοι ὑπάρχω* prudens et sciens omisi, tum quindecim locos seiunxi, quibus hexametri formae: –́ – –́ – –́ ⏑ ‖ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏓ et –́ – –́ – –́ ⏑ ‖ ⏑ –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ – a Nonni usu alienae evaderent, si *μοι, με* pro *ἐμοί, ἐμὲ* legeretur: a) Dionys. I 429; II 235; V 523; XXIII 66; XLVIII 704. 901; Paraphr. Evang. V 179; VII 80; VIII 118; XII 103; XV 27; XVII 59; XVIII 171; — b) Paraphr. Evang. VIII 78; XVII 18. — Quae ratio efficit, ut Dionys. III 29 *λαῖφος ἐκολπώθη βεβιημένον ἔγκυον αὔρης* aliique versus quinquaginta quattuor omnino in censum venire non possint; detractis enim augmentis tres formas numquam a Nonno adhibitas lucramur: a_1) –́ – –́ – –́ ⏑ ‖ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏓ (Dionys. IX 30. 202; XIV 69. 74. 390; XVI 397; XVII 145; XXVI 248; XXVIII 328; XXIX 220; XXXVI 177. 402. 421. 445; XXXVII 95; XL 228. 246; XLI 186; XLIV 61. 65; XLV 130; XLVI 182; XLVII 107. 237. 459; Paraphr. Evang. II 13; IV 93. 127; VI 104; IX 86; X 86); — a_2) –́ – –́ – –́ ‖ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏓ (Dionys. III 29; V 43; XIII 287; XXV 62; XXIX 346; XXXV 40. 182; XXXVI 260; XXXVII 334; XL 183); — b_1) –́ – –́ – –́ ⏑ ‖ ⏑ –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ ⏓ (Dionys. XVIII 253; XXVI 56; XXXIV 143; XXXVII 96; XXXVIII 150; XL 281; XLVII 738, Paraphr. Evang. II 109; IV 148. 187); — b_2) –́ – –́ – –́ ‖ ⏑ ⏑ –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ – (Dionys. XXII 348; XXXV 164; XXXVI 191); — c) –́ – –́ – –́ ‖ – –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ – (Dionys. XLVII 380).

**) Hac observatione ad duos versus emendandos obiter uti lubet: Paraphr. II 22 *οὔπω μοι πυμάτης δρόμος ἤλυθε κυκλάδος ὥρης* et VII 34 *οὔπω μοι τετέλεστο χρόνου δρόμος· ὣς ὁ μὲν εἰπών.* Commodissimam

suppetunt exempla ita comparata, ut nihil ex adverso dici possit. Age vero, hos versus mecum perpende:

Dionys. IV 460 ἄλλῳ δ' ἄλλος ἔριζεν· ἐρευθιόωντι δὲ λύθρῳ,
„ XXIX 319 ἄλλῳ δ' ἄλλος ἔριζε συναιχμάζων Διονύσῳ,
„ XXX 10 ἄλλῳ δ' ἄλλος ἔριζε· κορυμβοφόρου δὲ κυδοιμοῦ,
„ XXXVII 450 ἄλλῳ δ' ἄλλος ἔριζεν, ὅτι φθαμένων δρόμον ἵππων,
„ XLIII 329 ἄλλῳ δ' ἄλλος ἔριζε· καὶ οὐκ ἠδέσσατο Βάκχῃ,
Paraphr. Evang. X 144 ἄλλῳ δ ἄλλος ἔλεξε χέων πειθήμονα βουλήν,
„ „ XI 191 ἄλλῳ δ' ἄλλος ἔειπε· τί ῥέζομεν; ἀντίπαλος γάρ.

Quare tandem poeta a communi sermonis usu discessit, qui ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔριζε(ν), ἄλλος δ' ἄλλω ἔλεξε, ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔειπε requirit? Equidem tantum abest ut caecum casum adgnoscam, ut circumspectum Nonni consilium videam, quem quidem id egisse mihi persuaserim, ut spondeus brevis syllabae finalis positione effectus removeretur; neque aliter de his locis sentio:

Dionys. XIV 82 Ξάνθῳ Γλαῦκος ἵκανεν ὁμόστολος· ἀντιτύποις γάρ,
„ XXV 325 Βάκχῳ μῦθον ἔλεξε, χέων ὀξεῖαν ἰωήν,
„ XXX 54 γνωτῷ γνωτὸς ἄμυνε· καὶ οὐταμένῳ περιβαίνων,
„ XXXVII 594 ταρσῷ ταρσὸν ἔρειδε παρὰ σφυρὸν ἄκρον ἑλίξας,
„ XLII 433 μόχθῳ μόχθον ἔμιξε· τί κύντερόν ἐστιν ἐρώτων,
Paraphr. Evang. XII 91 Χριστῷ μῦθον ἔλεξεν· ἄναξ δ' ἠμείβετο μύθῳ.

Sed haec hactenus! Iam telam intermissam resumere placet! Secuntur denique Musaeus et Agathias Scholasticus, disciplinae

---

dactyli ponendi occasionem sine gravi causa dimissam esse non credo; itaque ἐμοὶ pro μοι scribendum videtur. De hiatus ratione dubitari nequit cf. Dionys. VIII 340 οὔπω ἐγὼ Κρονίωνος ἀληθέος εἶδον ὀπωπήν, 343 οὔπω ἴδον τεὸν εἶδος Ὀλύμπιον, ἀλλὰ δοκεύω, XI 439 sq. οὔπω ἐμὸς προχοῇσι λελουμένος ἄνθορεν ἀστήρ,| οὔπω ἐμὸς σελάγιζεν ἑωσφόρος· ἀλλὰ ῥεέθροις, XXXV 279 οὔπω ἐμῆς Σεμέλης ἐκορέσσαο, δύσμαχος Ἥρη, Paraphr. Evang. VII 32 οὔπω ἐγὼ κλισίας νεοπηγέας ἄρτι γεραίρων, 171 οὔπω ἐπιτρέψαντι παρίστατο λοίγιος ὥρη, XIV 17 οὔπω, ἄναξ, ἐδάημεν, ὅπῃ ποδὸς ἴχνος ἐπείγεις.

Nonnianae alumni. — Quorum ille ne minimum quidem a norma discedit, modo v. 176 ὤμοι τίς σε κόμισσεν ἐμὴν εἰς πατρίδα γαῖαν et 181 ὡς ξεῖνος περίφοιτον ἐμὴν εἰς πατρίδα μίμνειν ex codice Palatino cum Koechlyo (Opusc. Philol. vol. I p. 450) εἰς pro ἐς rescribatur.*) Falso igitur nostro loco (v. 81) ἐν pro ἐνὶ emendaturus erat G. Hermannus Opusc. vol. IV p. 223.**) — Apud Agathiam clausula brevis consonanti finita thesin spondiacam non solum in pede primo, verum etiam in secundo, tertio, quarto explet, eaque est exemplorum ratio, ut duodetriginta***) ad primum versus pedem, sex ad pedes reliquos pertineant, scilicet:

A. P. VI 72, 1 εἶδον ἐγὼ τὸν πτῶκα καθήμενον ἐγγὺς ὀπώρης,
IX 154, 5 ἄρκιον ἦν θνάσκειν τὸν βουκόλον· εἰ γὰρ ἄθεσμος,
767, 1 ἑζόμενος μὲν τῇδε παρ' εὐλάϊγγι τραπέζῃ,
XI 352, 1 τὸν σοφὸν ἐν κιθάρῃ, τὸν μουσικὸν Ἀνδροτίωνα,
354, 15 εἰ δ' ἐθέλεις, τὸν παῖδα Κλεόμβροτον Ἀμβρακιώτην,
App. Pl. XVI 244, 3 ὃς δὲ γελῶν σίγησεν· ἴσως δ' ἂν φθέγξατο μῦθον.

Quae testimonia etsi prae superstitibus Agathiae versibus numerum haud exiguum conficiunt, pro exceptionibus tamen haberi debent, quas poeta necessario coactus admiserit, nec dubitari potest, quin A. P. IV 4, 9 eligendi optione data Agathias consulto et cogitate ἐν dimiserit, ἐνὶ in textum receperit. Consilio autem, non casu rem evenisse optime hi versus probant:

A. P. V 267, 3 α. Ποῦ δέ μιν εἰςενόησας; β. Ἐκεῖ ποτὶ δεῖπνον ἐπελθών,
VII 614, 13 εὖ δὲ πόνων ἀπόνασθον, ἐπεὶ ποτὶ σᾶμα συνεύνων,
XI 64, 7 ἡ δὲ καλὴ ποτὶ ληνὸν ὑπερκύπτουσα Ῥοδάνθη,

*) Eandem medelam anonymi poetae epigramma A. P. IX 362 v. 3 ἡσύχιος τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' ἐς πόντον ἱκάνῃς reposcit, ubi praeterea bis in arsi perperam ἐς pro εἰς legitur: 6 ἐς Σικελὴν Ἀρέθουσαν ἐπείγεαι ὑγρὸς ἀκοίτης (cf. Nonnus Dionys. XLV 117 εἰς Σικελὴν Ἀρέθουσαν ἀνὴρ πορθμεύετο Φοίνιξ) et 17 αὐτὴν ἐς φιλότητα χυτῆς ἀλόχοιο περήσας cf. quae dixi ad n. XXIV 4 p. 39 et ad n. XLII 10 p. 76 supra. — Carmen ipsum ad Nonni normas conformatum iusto calidius Musaeo vindicat R. Holland Commentatt. Ribbeckian. (1888) p. 414.

**) In spondiaca primi pedis thesi syllabas breves consonanti terminatas Musaeus septies conlocat: 21. 42. 92. 134 187. 201. 224.

***) a) in hexametris: A. P. V 77, 2 (de epigrammatis auctore cf. ad n. XXIII p. 37 supra); 216, 5. 7; 280, 7; 297, 3; VI 80, 3; 167, 3; VII 568, 5; 589, 7; IX 442, 3; 641, 5; 642, 3; 769, 1. 5; X 68, 1; XI 352, 17; 365, 13; App. Pl. XVI 41, 5; 109, 3; 244, 5; 332, 7; — b) in pentametris: A. P. V 299, 6; VII 204, 2; 602. 8; IX 204, 4; 482, 12. 20; X 69, 4.

siquidem poeta manifesto legis Nonnianae ratione habita ποτὶ pro πρὸς usurpavit. — Ne primi quidem pedis structuram Agathias Scholasticus in casum ancipitis eventus commisisse putandus est; immo spondeum ita formatum, ut thesin brevis syllaba eiusdem generis positione producta efficeret, etiam in illa versus sede semper vitavit, quotiescumque opera levi evitari poterat cf.

A. P. V 222, 6 Κύπρις ἐνικήθη, κἀνεδίκαζε Πάρις,
VII 614, 8 καὶ ποτὶ τὰν κραναὰν Μοψοπίαν δραμέτην,
IX 155, 2 οὐ γάρ ἐμοὶ μούνῃ ταῦτα τέλεσσε Τύχη,
482, 18 ἴσος ἔμιμνε τύπος πεντεπικαιδεκάτῳ,
619, 6 Παλλάς· ἐνικήθην ὕδασιν, οὐ Παφίῃ,
665, 1 εἶξον ἐμοὶ Δάφνης ἱερὸν κλέτας, ἔκτοθι πόντου,

quibus locis dedita opera formas νικήθη, πρός, μοι, μίμνε, νικήθην, μοι exclusas esse equidem persuasum habeo. Cavendum tamen, ne ex hac observatione in A. P. IX 442, 3 καί μιν θῆκε σύνευνον· ὁ δ' ἐκ βιότοιο πενιχροῦ Iacobsii coniectura (vol. III p. 569) ἔθηκε (pro θῆκε) opus esse concludatur, cum Agathias procul dubio duos amphibrachos deinceps positos (ἔθηκε σύνευνον) reformidarit; Duebneri argumentum silentio premere satius est. —

Agathiae Scholastico ut Paulum Silentiarium, aequalem et amicum, subiungam, ea potissimum causa adducor, quod in Ecphrasi Magnae Ecclesiae II 419 φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα, μέσῳ δ' ἐνὶ μείονι κύκλῳ ante Graefium, qui ἐνὶ e codice Palatino reposuit, ἐν volgatae scripturae locum obtinuisse video. — Sexies*) poetam a norma deflexisse animadvertimus:

Ecphr. Magnae Ecclesiae II 28 πῇ φέρομαι; τίς μῦθον ἀνήρπασε πλαγκτὸν ἀήτης;
„ „ „ 285 τοὺς προτέρους, πρὶν σάρκα λαβεῖν θεόν, ὧν ἀπὸ φωνῆς,
„ Ambonis 19 ὑμέτερος γὰρ χῶρος ἀείδεται, ὁππόθι πολλή,
A. P. V 217, 3 φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε· χάλκεα νικᾷ,
VII 604, 5 δωδεκέτιν γὰρ μοῖρα, Μακηδονίῃ, σε καλύπτει,
App. Pl. XVI 118, 1 Μηθοφόνους μὲν χεῖρας ὑπὲρ γαμψοῖο κορύμβου.

Nihilosecius tamen Paulum ad Nonni praeceptum se adligasse pro certo habeo; numquam enim occasioni, ut ad magistri usum

*) Ecphr. Magnae Ecclesiae I 239 ἄνδιχα τεμνομένοιο· δύω δ' ἐς κίονας ἄλλας non ἐς, sed εἰς genuina est lectio cf. ad n. XXIV 4 p. 39 sq. supra.

se conformaret, defuit, — itaque non solum Ecphr. Ambonis 25 ὧν μία μὲν ποτὶ νύκτα τιταίνεται, ἡ δὲ πρὸς ἠῶ de industria ποτὶ pro πρὸς scripsit, sed etiam A. P. V 266, 5 σὴν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει in primo hexametri pede forma ἐμοὶ adhibita syllabae γὰρ productionem declinavit, quamquam spondeum eadem ratione constructum in eadem versus sede septiesdecies conlocavit; in hexametris quidem duodecies, quinquies in pentametris cf. a) Ecphr. Magnae Ecclesiae II 360. 366. 383, A. P. V 259, 5; 264, 5; 274, 5; VI 54, 5; 64, 1; 84, 7; X 15, 7; App. Pl. XVI 77, 3; 277, 1; — b) A. P. V 244, 2 (cf. ad n. XXI 2 p. 33 sq. supra); 246, 6; 283, 6; VI 84, 4; IX 764, 8. —

Sed haec sufficient. Unde est orsa, in eo iam terminari potest disputatio! Si Eratostheni Scholastico epigramma A. P. V 243 vindicas, auctor in discrimen venit, de cuius re metrica certum iudicium propter versuum paucitatem fieri nequit, quamquam poetam Agathiae Scholastici et Pauli Silentiarii*) non solum annis aequalem, verum etiam in studiis comitem fuisse verisimile est. Sin Macedonii Consulis fetum adgnoscis, iudicium poeta subit Nonni legibus ita adstrictus, ut ex lubidine numquam extra praecepta egrederetur. Sane App. Pl. XVI 51, 1 τῷ ξοάνῳ τὸν παῖδα Θυώνιχον, οὐχ ἵνα λεύσσῃς in secunda hexametri thesi τὸν positione produxit, sed in monosyllabis necessitate inposita nonnumquam a norma discedi posse supra vidimus**); hinc igitur A. P. IX 625, 3 μή τινα Νηϊάδων τις ἐμοῖς ἐνὶ χεύμασι γυμνὴν***) cavit, ne praepositionis forma ἐν usus modum excederet, eademque de causa A. P. V 243, 1, si epigramma ad Macedonium auctorem referendum esse statueris, tantummodo ἐνὶ in censum venire poterit. — Quae ratio cum etiam in pede primo valeat, haec duo exempla: A. P. IX 275, 1 κάπρον μὲν χέρσῳ Κόδρος ἔκτανε· τὴν δὲ ταχεῖαν et XI 27, 6 σκεῦος, τοῖς δέ, τρυφῆς χρῆσι περισσοτέρῃ offensione vacant, gravissimam vero offensionem tertium Macedonii exemplum adfert: A. P. XI 39, 1 ἐχθὲς μοι συνέπινε γυνή, περὶ ἧς λόγος ἔῤῥει, si-

*) Ahrentis ratiocinationem Philol. vol. XXXIII (1874) p. 584 equidem non probo.

**) A. P. VI 73, 1 Δάφνις ὁ συρικτὰς τρομερῷ περὶ γήραϊ κάμνων lectio tradita τρομερῷ περὶ γήραϊ optime se habet, unde H. Stephani coniecturam τρομερῷ περ γήραϊ concidere sequitur.

***) In eiusdem epigrammatis lemmate editiones Planudeae sine exceptione verba εἰς ἕτερον (scil. λουτρὸν) ἐν λυκίῳ offerunt; in autographo autem (IV_a n. 367 f. 54ᵛ) perspicue ἐν λυκίᾳ (pro ἐν λυκίῳ) exaratum habes, quam lectionem etiam compendiosa codicis Palatini scriptura innuit.

quidem spondeus pronominis forma *ἐμοὶ* posita sine negotio repelli potuit. Quam formam revera poetae nostro reddendam esse praeter Nonni locos supra adscriptos haec ipsius Macedonii exempla satis superque docent:

A. P. V 229, 3 *αὐτὰρ ἐμὲ στενάχοντα τόσης κατὰ νυκτὸς ὀμίχλην,*
235, 1 *ἦλθες ἐμοὶ ποθέοντι παρ' ἐλπίδα· τὴν δ' ἐνὶ θυμῷ,*
238, 5 *οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι συνέμπορος, οὐδὲ κατόπτρου,*
XI 58, 7 *οὗτος ἐμοὶ πολὺς ὄλβος, ἀεὶ φίλος· οὐδ' ἀλεγίζω,*
61, 1 *χθιζὸν ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δήϊος ἀνήρ,*
63, 3 *αὐτὰρ ἐμοὶ κρητὴρ μὲν ἔοι δέπας, ἄγχι δὲ ληνός.* —

— · · — — —

Addenda.

Pag. 4, 38. Idem de altero Meleagri loco A. P. XII 85, 9 ἀρκέσατ', ὦ ξεῖνοι, κἀμὲ Ξενίου πρὸς Ἔρωτος valet, ubi iam Hilbergius (das Gesetz der trochaeischen Wortformen p. 21) καί με pro κἀμὲ (καμὲ P) correcturus erat, ad suam ille sententiam longe alia ratione deductus.

Pag. 36, 19. Praeterea huc trahi debet Paraphr. Evang. I 201 Ἰσραὴλ σὺ πέλεις βασιλεύς, σὺ δὲ Χριστὸς ὑπάρχεις, siquidem σὺ δὲ Χριστὸς pro σὺ Χριστὸς legendum est cum G. Hermanno, Zeitschr. f. d. Altertumswissenschaft 1834 p. 993. Pronomen σὺ productum neque anaphora satis excusatur (Tiedke, Quaestionum Nonnianarum Specim. p. 29), neque a nomine proprio iustam excusationem habet (Scheindler, Quaestionum Nonnianarum Part. I p. 23), praesertim cum apud Nonnum muta cum liquida, si vox praecedit in brevem vocalem exiens, ancipitem illius syllabae finalis mensuram numquam admittat; unde etiam Paraphr. Evang. X 88 εἰ σὺ δὲ Χριστὸς ἵκανες ἐτήτυμος ἀμφαδὸν ἡμῖν cum Hermanno σὺ δὲ pro σὺ reponendum esse sequitur.

Pag. 48, 14. Cf. insuper Gregorius Nazianzenus Carm. I 2 n. 2, 259 (Patr. Gr. vol. XXXVII) p. 598 οὐ γὰρ τόσσον ἔμοιγε γάμος, οὐδ' ἔργα γάμοιο et 327 p. 604 ἀλλοτρίους μεθέπειν θαλάμους καὶ ἔργα γάμοιο.

Pag. 53, 33. De nominis accentu disertum Herodiani testimonium extat vol. I p. 162, 9 sqq. (Lentz): τὰ διὰ τοῦ ιλος ἀρσενικὰ ἔχοντα τὸ ῐ βραχὺ παροξύνεται· εἰ δέ τι προπαροξύτονον εἴη, ἢ πάθει γέγονεν ἢ γένει διαφέρει· ναυτίλος, Τρωΐλος, Ζωΐλος, Πενθίλος, ὀργίλος, Μυρτίλος; Χοιρίλος, Βανδίλος, φρυγίλος κτλ.

Pag. 57, 3. Compositum ἀναβλέπω bis in Paraphrasi Evangelii extat: IX 93 ἀνδρὸς ἀναβλέψαντος ἐπισταμένους γενετῆρας et 179 τυφλοὶ ἀναβλέψωσιν ἐσαθρήσαντες ὀπωπαῖς.

Pag. 60, 3. Adiungi potest alter Gregorii locus: Carm. II 2 n. 1, 199 p. 1466 ὃν πτερύγεσσιν | εὐμενέων Χριστὸς ἀμφὶς ἔχει μεγάλαις.

Pag. 70, 2. Ab Homero eandem phrasin mutuatus est Apollinarius Laodicenus Paraphr. Psalm. XXXII 34 οὐδέ κεν αὐτὸς ἄλυξε περὶ σθένεϊ βλεμεαίνων.

Pag. 72, 9. Ludwichii observationem locutio αὖ ἐρύω refellit, quam a Paulo Silentiario A. P. V 248, 2 usurpatam esse p. 46 docui.

Pag. 75, 40 sq. Ex Homero addere possum: Il. 6, 364; 11, 455; Od. 14, 237.

Pag. 80, 10. Adde: ὑπὸ τὸ καῦμα (Babrius fab. 43, 1) h. e. 'sub tempus aestus meridiani' cf. Zachariae, de dictione Babriana (1875) p. 32 sq.

Pag. 87, 11. Nostrum potius Homerocentonem quam gemellos ipsius Homeri locos ex mea quidem sententia Musaeus ante oculos habuit hisce erotopaegnii sui versibus: 24 sq. δίζεό μοί τινα πύργον, ὅπῃ ποτὲ Σηστιὰς Ἡρὼ | ἵστατο λύχνον ἔχουσα (cll. 210 sq. et 239), 286 Ἡρὼ δ' ἑλκεσίπεπλος ἑοὺς λήθουσα τοκῆας.

Pag. 88, 26. Scripturam ἐκγεγάασι Homerocentonis auctor Odysseae loco citato in suo exemplari repperisse censendus est; cf. omnino Od. 11, 294 (= 14, 293) ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο, ubi pro μῆνές olim variantem lectionem νύκτες extitisse equidem concluserim ex Hymn. Ps.-Homer. I 349. — Ceterum versu nostro conlato apud Herodotum II 175 τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς, ἑλκομένης τῆς στέγης, ἀναστενάξαι, οἷά τε χρόνου ἐκγεγονότος πολλοῦ optime librorum memoria ἐκγεγονότος defendi potest, cui editores certatim Schweighäuseri commentum ἐγγεγονότος substituunt.

Pag. 104, 29. Acrioribus vero remediis ad illam numerorum labem sanandam minime opus fuit; immo inania quaedam vocabula quasi complementa numerorum inculcata sive verborum formae leviter inmutatae ad rimas explendas, quibus carmina Homerica digammi vi non perspecta passim fatiscebant, satis superque sufficere videbantur, quo fit, ut ipsa ratione adprobata pristinus textus sine magno negotio recuperari possit. Quam Homeri emendandi viam I. Bekker recte ingressus est; itaque voculis ἄρ', γ', ἐπ', ἐς, τ' extrusis breves syllabas consonantibus terminatas in thesi propter insequens digamma novies positione produci passus est:

Od. 1, 110 οἳ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ, —
Il. 1, 548 οὔτε θεῶν πρότερος τόν γ' εἴσεται οὔτ' ἀνθρώπων, —
Od. 18, 56 μήτις ἐπ' Ἴρῳ ἦρα φέρων ἐμὲ χειρὶ βαρείῃ, —
2, 52 οἳ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπεῤῥίγασι νέεσθαι, —
Il. 5, 467 κεῖται ἀνήρ, ὃν τ' ἶσον ἐτίομεν Ἕκτορι δίῳ,
6, 367 οὐ γάρ τ' οἶδ' ἢ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις,
Od. 8, 169 ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ,
10, 190 ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
17, 78 Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα.

Deinde thesin spondiacam eiusdem generis positio efficit, si cum Bekkero hisce locis breviores formae Ἀτρεΐδης, ἡγήσασθ', ἤλθον, θανάτου, πολέμου, πτολίπορθον, υἷες recipiantur:

Od. 17, 104 ᾤχεθ' ἅμ' Ἀτρεΐδῃσιν ἐς Ἴλιον· οὐδέ μοι ἔτλης, —
14, 238 νήεσσ' ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον· οὐδέ τι μῆχος, —
21, 208 ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ· ἐς πατρίδα γαῖαν, —
Il. 16, 442 (= 22, 180) ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι,
18, 464 αἲ γάρ μιν θανάτοιο δυσηχέος ὧδε δυναίμην, —
2, 686 ἀλλ' οἵ γ' οὐ πολέμοιο δυσηχέος ἐμνώοντο,

Il. 7, 376 (et 395) παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰς ὅκε νεκρούς,
11, 524 ἐσχατιῇ πολέμοιο δυσηχέος· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι,
590 φεύξεσθ' ἐκ πολέμοιο δυσηχέος, ἀλλὰ μάλ' ἄντην,
15, 535 ἐξῆγεν πολέμοιο δυσηχέος, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους,
18, 307 φεύξομαι ἐκ πολέμοιο δυσηχέος, ἀλλὰ μάλ' ἄντην, —
Od. 9, 530 δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι, —
Il. 2, 518 υἱέες Ἰφίτου μεγαθύμου Ναυβολίδαο.*) —


Eodem etiam exempla pertinent, in quibus ante digamma in thesi spondiaca ἐκ et ἐξ pro εἰς et ἐξ commode restitui potest cf.

Il. 2, 230 Τρώων ἱπποδάμων ἐξ Ἰλίου υἷος ἄποινα,
18, 207 ὡς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄστεος αἰθέρ' ἵκηται,
Od. 15, 44 αὐτὰρ ὁ Νεστορίδην ἐξ ἡδέος ὕπνου ἔγειρεν,
21, 188 τὼ δ' ἐξ οἴκου βῆσαν ὁμαρτήσαντες ἅμ' ἄμφω,
375 ἡμετέρου ἐξ οἴκου, ἐπεὶ κακὰ μηχανόωνται, —
Il. 3, 32 (= 11, 585; 13, 566. 596. 648; 14, 408) ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων,
4, 103 (et 121) οἴκαδε νοστήσας ἱερῆς εἰς ἄστυ Ζελείης,
6, 490 (= Od. 1, 356**) et 21, 350) ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε,
11, 196 (= 15, 169) βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν,
230 αὐτὰρ ὁ πεζὸς ἐὼν εἰς Ἴλιον εἰληλούθει,
13, 165 ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, χώσατο δ' αἰνῶς,
175 (= 15, 550) ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν,
533 ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο· τὸν δὲ Πολίτης,
16, 817 ἂψ ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων,
22, 47 οὐ δύναμαι ἰδέειν Τρώων εἰς ἄστυ ἀλέντων,
24, 143 Ἶριν δ' ὤτρυνεν Κρονίδης εἰς Ἴλιον ἱρήν,
696 οἳ δ' εἰς ἄστυ ἔλων οἰμωγῇ τε στοναχῇ τε,
Od. 5, 349 ἂψ ἀπολυσάμενος βαλέειν εἰς οἴνοπα πόντον,
11, 86 τὴν ζωὴν κατέλειπον ἰὼν εἰς Ἴλιον ἱρήν,
15, 216 ἂψ Πυλίων εἰς ἄστυ, θοῶς δ' ἄρα δώμαθ' ἵκανεν,
505 ἑσπέριος δ' εἰς ἄστυ ἰδὼν ἐμὰ ἔργα κάτειμι,
17, 293 θρέψε μέν, οὐδ' ἀπόνητο, πάρος δ' εἰς Ἴλιον ἱρήν.

Nec tamen in Bekkeri editione abunde satisfactum est huic toti quaestioni. Etenim locos haud paucos Bekker sine iusta causa intactos reliquit, quibus ante digamma formae ἐνὶ et προτὶ compareant, eo videlicet consilio pro ἐν et πρὸς invectae, ut thesis spondiaca declinaretur, nec dubitari potest, quin eadem ratione correctores pluries verbis a

*) Cf. praeterea Od. 13, 121 ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην et 305 ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι ἐμῇ βουλῇ τε νόῳ τε, ubi non sine probabilitatis specie δῶκαν pro ὤπασαν coniecit Nauckius praeeunte Bekkero, Homer. Blätter vol. II p. 317.

**) Hic scripturam εἰς Bekker non mutavit.



digammo incipientibus ex lubidine syllabam protheticam ἐ praeposuerint. Cuius generis exempla adponere placet ad primum hexametri pedem spectantia, ubi rationi nostrae vel inde probabilitas conciliatur, quod in illa versus sede Homerus spondeo dactylum longe praefert. Sunt vero haec:

Il. 17, 191 οἳ προτὶ ἄστυ φέρον κλυτὰ τεύχεα Πηλεΐωνος, —
1, 496 παιδὸς ἑοῦ, ἀλλ' ἥ γ' ἀνεδύσετο κῦμα θαλάσσης,
2, 22 τῷ μιν ἐεισάμενος προςεφώνεε θεῖος ὄνειρος,
795 τῷ μιν ἐεισαμένη προςέφη πόδας ὠκέα Ἶρις,
3, 389 τῇ μιν ἐεισαμένη προςεφώνεε δῖ' Ἀφροδίτη,
4, 131 παιδὸς ἐέργῃ μυῖαν, ὃ ἡδέϊ λέξεται ὕπνῳ,
5, 318 ἡ μὲν ἑὸν φίλον υἱὸν ὑπεξέφερεν πολέμοιο,
371 μητρὸς ἑῆς· ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν,
12, 403 παιδὸς ἑοῦ, μὴ νηυσὶν ἐπὶ πρυμνῇσι δαμείη,
13, 522 υἷος ἑοῖο πεσόντος ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ,
16, 720 (= 17, 326. 585; 20, 82) τῷ μιν ἐεισάμενος προςέφη Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων,
17, 488 τῷ κεν ἐελποίμην αἱρησέμεν, εἰ σύ γε θυμῷ,
24, 419 οἷον ἐερσήεις κεῖται, περὶ δ' αἷμα νένιπται,
Od. 4, 714 πατρὸς ἑοῦ ἢ νόστον, ἢ ὅντινα πότμον ἐπέσπεν,
6, 24 τῇ μιν ἐεισαμένη προςέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη,
170 χθιζὸς ἐεικοστῷ φύγον ἤματι οἴνοπα πόντον,
11, 282 γῆμεν ἑὸν διὰ κάλλος, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα,
14, 177 πατρὸς ἑοῖο φίλοιο, δέμας καὶ εἶδος ἀγητόν,
19, 395 μητρὸς ἑῆς πατέρ' ἐσθλόν, ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο,
20, 158 αἳ μὲν ἐείκοσι βῆσαν ἐπὶ κρήνην μελάνυδρον.

Versuum indici adnotatiunculas quasdam subiungam.

Il. 17, 191 προτὶ non esse genuinam lectionem inde elucet, quod primi pedis thesin Homerus spondei obtinendi causa constanter forma πρὸς explet (cf. Il. 1, 340; 6, 235; 17, 104; Od. 12, 433; 17, 237), sicuti etiam in eadem hexametri sede semper ἐν, numquam*) ἐνὶ usurpat cf. Il. 11, 6; 12, 422; 13, 764; 15, 739. 741; 16, 572; 23, 693; Od. 2, 263; 3, 433; 4, 66; 9, 470; 12, 20. 229; 13, 294; 18, 152; 21, 15; 24, 332. —

Formae οἷο, οὗ, ἧς, ὅν, quas Il. 1, 496; 5, 318. 371; 12, 403; 13, 522; Od. 4, 714; 11, 282; 14, 177; 19, 395 reponendas esse statui, pluriens apud Homerum recurrunt; secundum vero pedem eodem modo exordiuntur Il. 1, 609 Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἤι' Ὀλύμπιος ἀστεροπητής, 6, 674 αὐτὰρ ὃ (ὅγ' volgo; correxit Bentley) ὃν φίλον υἱὸν ἐπεὶ κύσε πῆλέ τε χερσίν, 16, 447 πέμπειν ὃν φίλον υἱὸν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης, Od. 7, 196 πρίν γε τὸν (πρίν περ? cf. Il. 15, 588) ἧς γαίης ἐπιβήμεναι· ἔνθα δ' ἔπειτα, 23, 165 ἀντία (ἀντίον volgo; correxit Bekker) ἧς ἀλόχου, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν, 346 εὐνῆς ἧς ἀλόχου ταρπήμεναι ἠδὲ καὶ

*) Nonnumquam sane ἐνὶ ex coniectura scripturus erat Nauckius.

ὕπνον, tum Il. 11, 763 οἶος τῆς ἀρετῆς ἀπονήσεται· ἦ τέ μιν οἴω, ubi pro τῆς rectius ἧς cum Bekkero, quam cum Nauckio ἑῆς scribas, et Od. 22, 355 αἶψα δ' ἑὸν πατέρα προςεφώνεεν ἐγγὺς ἐόντα, quo loco δὲ ὃν pro δ' ἑὸν legendum videtur cf. denique ᾧ (Il. 6, 53; 7, 153; 9, 598; Od. 14, 32. 63. 445), ᾗ (Od. 13, 251. 354; 15, 93), ἣν (Il. 8, 585; Od. 2, 195; 21, 302; 23, 247; 24, 167), ὧν (Il. 11, 517), οἷς (Il. 5, 165; 23, 5; Od. 14, 413), υἷσι (Od. 1, 19. 237), ἧφι (Il. 22, 107).*) —

In formis ἐεισάμενος (Il. 2, 22; 16, 720; 17, 326. 585; 20, 82) et ἐεισαμένη (Il. 2, 795; 3, 389; Od. 6, 24) litteram protheticam etiam Nauckius sustulit;**) idem tamen Od. 10, 149 καί μοι ἐείσατο καπνὸς ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης in primo pede spondeum restituere neglexit, quo de cf. Il. 13, 98 νῦν δὴ εἴδεται ἦμαρ ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι et Od. 3, 372 φήνῃ εἰδομένη· θάμβος δ' ἕλε πάντας ἰδόντας, tum Il. 13, 69 μάντεϊ εἰδόμενος κέλεται παρὰ νηυσὶ μάχεσθαι, siquidem pro μάντεϊ aut μάντει aut (cum Bekkero) μάντι legi debet.

Iliadis loco 4, 131 versum Il. 17, 571 admoveo: ἥτε καὶ ἐργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο, ubi Bekkeri et Nauckii commento ἣ καὶ ἐργομένη κτλ. nostrum ἥ καὶ ἐργομένη longe praestare videtur, utpote quod primo pedi spondeum pro dactylo reddat.

Ultimo Iliadis exemplo 24, 419 aliud adiungi potest, cuius gemella est ratio: scilicet Il. 14, 348 λωτόν θ' ἑρσήεντα ἰδὲ κρόκον ἠδ' ὑάκινθον eodem modo adiectivum ἑρσήεις secundum versus pedem inchoans vocem trochaicam consonanti terminatam excipit, modo otiosa particula θ' cum Bekkero et Nauckio eiciatur, neve cum iisdem viris doctis optima librorum scriptura ἑρσήεντα in ἐ(ϝ)ερσήεντα mutetur.

Odysseae denique locis 6, 170 et 20, 158 versum ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν adsimulabo, qui in eodem carmine quater (16, 206; 19, 484; 21, 208; 24, 322) recurrit. Bekker quidem digammi ratione habita ubique ἦλθον pro ἤλυθον reposuit, ipse tamen ter (16, 206; 21, 208; 24, 322) coniectura ἐεικοστῷ manifestam corruptelae causam oblitteravit. Ἦλθον ἐεικοστῷ, si pristina fuisset lectio, nullam dubitandi ansam dare potuit; contra scriptura ἦλθον εἰκοστῷ cantores et grammaticos digammi ignarissimos sua sponte ad metri labem sarciendam invitabat. Accedit quod ἦλθον εἰκοστῷ commento Bekkeriano (et Nauckiano) vel propter spondaicum pedem anteponi debet, quem in versus introitu efficiat.***)

---

*) Sed Od. 24, 56 ἔρχεται, οὗ παιδὸς τεθνειότος ἀντιόωσα recte ἔρχεθ' ἑοῦ κτλ. emendandum esse censet Nauckius post Bekkerum, qui ἔρχετ' ἐϝοῦ corrigebat.

**) Qui τῷ (τῇ) μιν pro spondeo proprio et naturali habuisse videtur pristinae pronominis μὶν mensurae memor cf. Hartelius, Homerische Studien ²I p. 109.

***) Hinc Il. 23, 102 (et 170) ἔλθοι ἐεικοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν et Od. 16, 391 (= 21, 161) μνάσθω ἐέδνοισιν διζήμενος· ἡ δέ κ' ἔπειτα

Iam restat, ut eiusdem generis locos adponam, quibus ipsi codices pristinam scripturam servarunt. Quos omnis suspicionis inmunes esse concedas necesse est, si modo nostram de digammo sententiam acceperis. Sunt vero hi:

Il. 17, 142 Ἕκτορ,*) εἶδος ἄριστε, μάχης ἄρα πολλὸν ἐδεύεο,
23, 493 Αἶαν**) Ἰδομενεῦ τε, κακῶς, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικεν,
Od. 3, 472 οἶνον***) οἰνοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσιν,
8, 215 εὖ μὲν τόξον†) οἶδα ἐΰξοον ἀμφαφάασθαι.

Adiungi possunt exempla plus quadraginta, ubi syllabae breves consonantibus terminatae in thesi producuntur formis εὖ et οἷ praemissae; sed de his iam Hartelius optime disseruit o. l. p. 77 sqq.

Pag. 106*. Κάρτεϊ χειρῶν in versus fine apud Oppianum Syrum Cyneg. IV 48 recurrit, hexametri clausulam κάρτεϊ γυίων ab Apollonio Rhodio Oppianus Cylix Halieut. III 281 (ἄλλοι δ' ἰφθίμῳ τε βίῃ καὶ κάρτεϊ γυίων | πειθόμενοι) mutuatus est, sicuti etiam phrasin ὑπὸ κνέφας (pag. 80, 2 supra) in usum suum convertit cf. Hal. IV 66 φῶτες ὑπὸ σκιερῆς νυκτὸς κνέφας, ἡνίκα μήνη et 641 εὖτ' ἂν ὑπὸ πρῶτον νυκτὸς κνέφας ἀσπαλιῆες.

Pag. 112, 31. Vocem ἰχθὺν ultima brevi elatam apud Pindarum Herodianus legerat, cuius haec sunt verba vol. I p. 416, 1 sq. ἰχθὺν ὀξύνεται παρὰ Πινδάρῳ, ἐπεὶ βραχὺ τὸ ῡ τῆς αἰτιατικῆς τῆς εὐθείας μακρὸν ἐχούσης καὶ παραλόγως περισπωμένης.††) — Nominativi exemplis addi possunt: Gregorius Nazianzenus Carm. I 1 n. 8, 43 αἰεὶ δ' ἰχθὺς ἄνανδος ὑγρὴν διανήχεται ἅλμην et poeta incertus apud J. H. Vossium ad Arati Phaenom. 385 δελφὶς ἀνθρώποις εὔνοος ἰχθὺς ἀεί, nec tamen Oppianus Halieut. IV 44 ἄλλος ἐπαΐξας πρόμαχος σκάρος ἰχθὺς ὀδοῦσιν | ὁρμιὴν ἀπέκερσε, utpote qui semper ad volgarem rationem se adcom-

litteram protheticam sustulerim. Fortasse etiam Od. 4, 360 ἔνθα μ' ἐείκοσιν ἤματ' ἔχον θεοί, οὐδέ ποτ' οὖροι et 6, 159 ὅς κέ σ' ἐέδνοισιν βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται legendum: με εἴκοσιν et σε ἕδνοισιν.

*) Interpunctionis vi thesin spondiacam effici Hartelius o. l. p. 76 censet.

**) Nimirum voci Ἰδομενεὺς digamma praeponendum esse puto.

***) Scriptura ἐνοινοχοεῦντες, quae in magna codicum parte occurrit, ex antiqua interpolatione fluxit cf. v. l. ad Il. 4, 3 et Od. 20, 255. Ceterum priore loco νέκταρ ἐῳνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι ad eandem normam emendandum videtur: νέκταρ οἰνοχόει κτλ. De imperfecti forma cf. Il. 1, 598 et Od. 15, 141.

†) Nulla in libris varietas conspicitur; Hartelius p. 77 τόξον γ' coniecit.

††) Ergo Herodianus in nominativo eiusdem vocis syllabam υς circumflexit cf. praeterea vol. I p. 236, 14; 238, 17; 403, 14; 416, 2; vol. II p. 615, 22; 625, 22; 936, 25.

modaverit*) cf. I 69 (ἰχθύς), 223 (ἰχθύς), 258 (ὀφρύς), 781 (ἰλύς); II 192 (ἰχθύς), 200 (ἰχθύν), 580 (νηδύν), 650 (ἰλύν); IV 219 (ἰχθύν), 245 (ἰχθύς), 396 (πληθύν), 503 (ὀφρύς); V 91 (ἰχθύς), 274 (ἰλύς). Scribendum omnino cum Piersono: ἰθὺς cf. V 144 μηδ' ἰθὺς ἀποῤῥήξειε σίδηρον.

Anthologiae Palatinae et Appendicis Barberino-Vaticanae numeri inter se conlati.

Anthologia Palatina	Appendix Barberino-Vaticana	Anthologia Palatina	Appendix Barberino-Vaticana
V 18, 1—5 et 7 sq.	XLVIII	V 259	XX
31	X	272, 1—3 et 5 sq.	XL
35	XIII	275	XXVII
37	XIX	285	XXVI
41, 1 sq.	XV	289	XXXIX
50	XLIX	294	XLII
60, 1—4	XIV	305	XLIII
71	LIV	IX 361	XLVI
77	XXIII	381	XLVII
82	XII	XI 108	I
96	L	XII 1	IV
99	XVIII	2	V
128	XVII	4	VI
135, 5 sq.	XVI	17	XLIV
158	LI	20	XXVIII
172	IX	59	XXXIV
186	LII	65	III
187, 2	LIII	69	II
232, 7 sq.	XXII	75	XXX
242	XLI	76	XXXI
243, 1—6	XXXVI	77	XXIX
244, 1—4	XXI	79	XXXV
246	XXXVIII	86	XXXII
252	XXXVII	173, 1—3	XI
255, 1—6 et 13—17	XXIV	196	XXXIII
258	XXV	237, 3 sq.	VIII

*) Idem de Cynegeticorum auctore valet cf. I 50 (ἰχθύν); III 135 (πληθύν), 150 (νηδύν), 157 (νηδύν).

I. Index auctorum.*)

a) Loci emendati, defensi, explicati.

*) In hunc indicem tantummodo locos in notis obiter tractatos recepi. Ceterum nonnullas aliorum emendationes adpono, ad quas quidem ipse argumentorum momenta adtulerim, multos vero locos, qui in transcursu explanentur vel contra coniecturas defendantur, silentio praeterire placuit.

b) **Auctorum variae scripturae e codicibus petitae.**

1) Anthologiae codex Palatinus n. 23.

II. Index rerum.*

III. Index verborum.